OBSERVATIONVM LEGALIVM LIBRI X.

MARCO MANTVA BONAVITO, Patauino Iuriſcon. authore. Nunc primum in Studioſorum gratiam impreſſi.

INSERTA HIS ETIAM, BREVI Centuria de locis topicis, utili eiſdem admodum, & neceſſaria.

Cum Gratia et Priuilegio.

VIRTVTE DVCE



COMITE FORTVNA.

VENETIIS.

Io. Gryphius excudebat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IOAN. MARIVS Claudius, et Scipio Claudius, fratres, Illuſtriſſ. Hadrienſiũ Duci, Ioãni Antonio Aquiuiuo Aragoneo.

S. P. D.

ET ſi à maioribus noſtris, qui deſiderium diſcendi, ſolam uiuendi rationem optimam eſſe uoluerunt, multa diuinitus inuenta, atque inſtituta ſunt; tamen nihil præclarius, quàm ut ii, qui in ſcientiarum ſtudiis elaborauerint, nouũque aliquod opus, ad communem hominum utilitatem, ædere uelint, alicui clariſs. et ſummæ authoritatis, uiro dicarent; non ſolum, ut eius nomine, et præſidio, ab Inuidorum obtrectationibus defenderetur,

13
10. A
9

ſed ut daretur occaſio ſtudioſis omnibus, agendi, et referendi gratias illis Principibus, ac maximis uiris, quorum beneficio et liberalitate, ſe totos ad ſtudia doctrinæ contulerunt, ſpretis pecuniæ augendæ rationibus. Quamobrem cum Marcus, Mantua clariſs. huius ætatis Iuriſconſultus ſuum opuſculum decem librorum Obſeruationum legalium (ſic enim inſcripſit) quod ſingulari doctrina, ſummo ingenio, prudentiaq́; compoſuit; noſtris, et quorundam ſtudioſorum precibus, in lucem dare uellet, ut eſſent tanquàm arrhabones, ex aliis quadraginta, quos ſcribere deſtinauerat; ac propterea delibararemus aliquem maximum Principem eligere, cuius nomini hoc opus dicaretur, te unum inter tot Illuſtres, et præclaros huius ætatis Principes delegimus. Nam cui melius lucubratio Iuriſ-

ciuilis et Pontificii dicari poteſt, quàm illi, in quo omnes uirtutes refulgent, quibus ius ciuile conſiſtit, et Pontificium? Viget enim in te, maxima illa uirtus prudentiæ in delectu bonorum et malorum, quam Græci φρόνησιν *dicunt. Viget in te in coercendis uoluptatibus, Temperantia; in laboribus, et periculis perferendis, Fortitudo; in ſuo cuique tribuendo, Iuſtitia et æquitas; ac omnes illæ uirtutes, quæ ſocietatem humanam æque tuentur, clementia, comitas, pietas, bonitas, integritas, gratitudo, beneficentia, liberalitas. Non dico hæc, laudandi cauſa, ſed ea ſcribo, quæ uno ore oẽs dicunt, et admirãtur:* ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλησιν ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ. *Iure igitur optimo hanc lucubrationem tibi dicamus, et nomini tuo conſecramus; teq́; ipſius conſtituimus Patronũ,*

et defenſorē, ſimulq́; rogamus, ut pro tua generoſa animi magnitudine, nos tui nominis amantiſſimos, ac potiſſimum Tertullium Claudium, ex fratre noſtro nepotem, recipias eorum numero, qui tibi ſunt chariſſimi. Vale.

LIB. I.

De abſtracto & concreto.
De actionibus.
De adiuncto .
De accuſatore,accuſato,& accuſatore ipſo.
De adulterio.
De ambiguo.
De antiquitate.
De aduerbio.
De accidentibus.
De agricolis,ſiue agricultura.

LIB. II.

Dd alternatiuis.
De amicitia .
De aptitudine.
De appellationibus.
De auaritia.
De alimentis.
De Aduocato.
De aduerſatiu a.
De locis topicis,ſiue de modis arguendi.
De Arbitris,& Arbitatoribus.

LIB. III.

De actione anormala, deq; ſimilibus, certas ſedes non habentibus,
De ablatiuis abſolutis.
De anima eiusq; fauoribus.

De angaria, & perangaria, ac ſimilibus.
De agente & patiente.
De Antianis.
De alienatione.
De actis.
De reiteratione.
De abuſione.

LIB. IIII.

De argentario.
De anulo.
De alchimia.
De anatomia.
De arte, imitante, uel ſupplente naturam.
De Adam primo parente noſtro.
De abſente.
De Auditoribus rotæ.
De Apoſtatis, ſiue apoſtaſia.
De Ambaſciatoribus.

LIB. V.

De Aſſasſinis.
De Aſſeſſoribus.
De affirmatiua.
De arte ſimpliciter, Artifice, & artificio.
De abſurditate; uitanda in quacunq; diſpoſitione.
De anno ipſiusq; diuiſione.
De arithmetica.
De Agnatis.
De augumento.

De anathemathe.

LIB. VI.

De animo, an ſit facti, uel iuris.
De abſolutione.
De Colonis aſcriptitijs.
De armis.
De Attinentibus.
De augurio.
De Archimandritis.
De alteratione.
De affectione ſanguinis.
De albo.

LIB. VII.

De aſino intumeſcente.
De ambitione, ſiue de ambitu.
De apotheca.
De altaribus, ſiue oratorijs; quæ habentur in priuatis domibus.
De allodio.
De apicibus iuris.
De Aßiſijs.
De Apochryſarijs.
De attentatis.
De audacia.

LIB. VIII.

De aſperitate iuris.
De Bartolo Saxoferratenſe.
De Bannitis.

De Baſtardis.
De barba.
De brauio.
De bonafide.
De Brixia.
De Baccalarijs.
De Bechetis.

LIB. IX.

De Baldo Peruſino.
De Barbatia Siculo.
De breuitate.
De benignitate.
De beneficio diuiſionis epiſtolæ diui Adriani.
De blasfemia.
De Bononia, deq; Bononienſibus.
De bello.
De bonorum poſſeßionibus.
De Barbitonſore.

LIB. X.

De burgo.
De brachio ſeculari.
De beneficio.
De cauſa.
De Capitulo.
De carcere, deq; carceratis.
De calumnia.
De ceßione.
De cancellationibus.
De Cardinali.

MARCI MANTVAE BONAVITI, PATAVINI

iuriſcon. publiciq́; matutini interpretis,
Obſeruationum,

LIBER PRIMVS.

OBSERVATIO PRIMA.

De abſtracto, et concreto.

QVONIAM *Abſtracti, et concreti, frequens eſt in iure ſpeculatio, ſcias uelim lector optime, ualde differre; patet, quia inde uidemus q́ ius in abſtracto, ſemper æquum, ac bonum eſt; in concreto uero non, imò quòd plerunq́; æquitati etiam repugnat. l.i. & ibi Salice.in.ij. col. C.de ſacroſanc. eccle. Item iuſtitia primo modo eſt, ut diffinitur Inſti.de iuſti.& iu.in prin. conſtans, et perpetua uoluntas, ius ſuum unicuiq; tribuens. Secundo autem non. Rurſum in actione dubitatur, uigente inter teſtatorem & hæredem, an facto inuentario duret; & decidit breuiter, quòd ſic, ſi in ſe ac in abſtracto cõſyde-*

retur, non ſi in concreto, prout eſt apta agere, & hoc quia apta detrahere, adhuc duraret. l. fi. §. in computatione. C. de iu. delibe. l. in imponenda. C. ad leg. Falci. tradit Bal. *in. l. irritum.* C. *eo. qui ad idem quocq; dicit in. l. ex hoc iure in. iiii. col. ff. de iuſti. & iu. quòd ſi contractus conſyderetur in abſtracto, prout ſua eſſentialia habet, eſt ius; Si uero in concreto, prout applicatur per facti cauſam* Titio, *uel Seio, tunc eſt facti, & colligetur declaratio ad tex. in. l. conſilio. ff. de cu. fu.* Ad idem. *lex in abſtracto, antequàm feratur, ſemper eſt certa. l. cum quidam. §. ſuum. ff. de acqui. hære. l. ſi pater. ff. de ſol. poſtquàm uero lata eſt, & ſic in concreto, conſyderabilis, tunc efficitur dubia. l. quod labeo. ff. de carb. edic. & ſentiunt* Docto. *in rub. ff. de reb. dub.* Et idem *in dignitate, quæ in abſtracto nunquàm moritur, adeo ut commiſſio ſub ipſius nomine facta, ex mutatione perſonæ, haud narietur in concreto autem ſic, ſecundum* Deci. *in c. quoniam abbas. in. iiii. col. de offi.* Dele. *ubi & nos multa.* Et *idem in teſtamento dicemus, legatáq; non eſſe ipſius partem integralem, ſi abſtractiue intelligatur; ſi autem in concreto. ſic, ita* Soci. *in rub. de leg. i. in prin.* Et *idem in ſeruitute ſenſit* Bar. *in. l. i. in. i. col. ff. de uſuf. leg. q. in abſtracto nihil ſit, nec fructum aliquem habeat, in concreto ſic, ut loco ſeruienti ſcilicet, conſtitui non poſſit, ratione de qua per eum.* Et *idem in iudice, qui ſicuti poteſt actionem dare condemnando, poteſt etiam eam auferre abſoluendo. l. qui uetante. §. i. ff. de regu. iu. ſi potentiam conſyderemus in genere, & ut prædiximus, in*

abſtracto, non ſi in ſpecie & in concreto, ut not. glo. quam ibi ſequuntur Docto. & præcipuè Iaſ. in. l. qui cō demnare. in prin. ff. de re iudi. Et idem in tempore adhuc Bal. dicebat in. l. de quibus. in x. col. ff. de legi. quòd ſi per ſe ſtat, & abſtractum ab actibus humanis nihil operatur, eueniéq;, ut non ſit modus, neque inducendæ, neque tollendæ obligationis. §. i. Inſti. quib. mo. tol. obli. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obli. ſi uero actibus hominū iungatur, ipſos reddit ualidiores, ac firmiores, quemadmodum in conſuetudine præſcribenda, & ut ille latius. Et idem docet in uoluntate abſtracta, & concreta, quòd iſta actum perficit, illa non; in tantū, ut ſi uelim adire hæreditatem, nec adeam, aditio hæreditatis non ſit. nec beneficij collatio, ſi Papa ipſum conferre uelit, nec actualiter conferat, in c. ex parte. in. i. col. in fi. extra de conſti. Et idem in imperio, Salice. quòd in concreto eſt de fortuna; in abſtracto autem a Deo, in. l. digna uox. in fi. C. de legi. & idem in iure primogenituræ Nathan in c. quanuis. in. ij. col. ad fi. de pact. in vi. quia ius primogenituræ, in abſtracto conſyderatum à ſucceſſione tolli poteſt per pactum, ſed non in concreto, et unà cum ipſa ſucceſſione. Et breuiter differunt, ut actus, & potentia, quoniam in ſimili, rubrica fuit alibi poſita, de officio & poteſtate iudicis delegati extra, quaſi idem ſint, & tamen officium concretum dicitur, ut album, poteſtas uero abſtractum, ut albedo ipſa, & ibi declarat Deci. col. iij. et bene nihilq; aliud eſt abſtractum, niſi forma aliqua, cum excluſione ſubiecti; concretum uero, niſi

id,quod eandem formam ſignificat cum hærentibus ſubiecti,in albedine exemplificando,& albo,ut ſupra;quod & Grammatici denominans et denominatum appellant. Et nouiſſime in fide etiamnũ idem dicendum reor, quæ in abſtracto aſſumpta,una eſt omniũ credentiũ,in cõcreto uero,prout in qualibet anima reperitur;tũc ſicuti ſunt plura indiuidua,ita ſunt plures fides,teſtaturq́; Bar. in l.i.in.iij.col.C.de ſum.tri.& fi.catho. & hæc ſufficiant pro aliquali hæc ſcire deſiderantium inſtructione,quemadmodum in cæteris acturi ſumus, prolixitatis uitandæ gratia.

OBSERVATIO II.

De actionibus.

Sciunt omnes,quòd actio nihil aliud eſt,niſi ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur, ut Inſti. de actio.in prin.& non immerito ius dicit, quia ſicut id ipſum eſt ciuile & prætorium.l.ius autẽ.ff. de iuſti.et iu. ita actionũ, aliæ ſunt ciuiles,aliæ prætoriæ.l. actionũ. §.fi.ff.de actio.& obli.Item perſequendi,quia aliæ ſunt in rem,aliæ in perſonam,aliæ mixtæ.§.omnium. Inſti. eo.Item in iudicio,ut ſic ab actionibus differret, de quibus in c.i.de conſti.& ibi Ancha.in xxiiij. col. & quia actionum aliæ adhuc ſunt bonæ fidei, aliæ ſtricti iuris, aliæ arbitrariæ,ut iudicium.§. actionum.§. præterea. Inſti.eo.Item & ultimo.quòd ſibi debetur reſpectu quæ

litatis, uel quantitatis, quia ſicuti debetur res plerunque; uel pœna, aut utrunq; ita actionum, aliæ ſunt pſecutoriæ rei, aliæ pœnæ, aliæ utriuſque; et ſicuti debetur, nonunquàm ſimplum, duplũ, triplum, uel quadruplũ, dãtur; et ut latius in.§.omnes aũt actiones.Inſti.de actio. Sed nunc addo, quo ad realẽ et perſonalẽ differre etiã, quia illa nullã obligationem præſupponit, ſed dominium ex parte agentis, & poſſeßionem ex parte rei conuenti, d.§.omnium.l.ſi in rem.ff.de rei uẽdi.iſta autem ſic. & quia reſpectu iuris realis, fructus ſunt pars fundi, reſpectu uero perſonalis non, ſecundum Bar. in.l. ſi filius fami.in.§.i.in fi.ff.de uerb.ob. qui dicit etiam in ſimili, in.l.inter ſtipulantem.in.§.ſacram.in prin.ff.eo.q, mutatio contingens circa rem, unum operatur; circa perſonam uero, aliud; & probatur in.l. is cui.ff. de teſta. & in.l.i.in.§.ſi quis autem.ff.de bono.po.ſecun.tabu.& in terminis ibidem in.iiij.col.quòd domus depoſita, & reſtaurata, uerè non eſt eadem, nec etiã fictè in actione perſonali, nec in mixta, in merè autem reali ſic. Et in.l. rei appellatione.ff.de uerb.ſignifi. quòd ſi actione reali fundum petam, non peto ſeruitutem ei debitam, ſi perſonali autem ſic.& in.l.& an eandem.in.§.actiones.numero.ij.ff.de excep.rei iudi.quòd in formatione libelli in actione perſonali, debet exprimi cauſa petitionis, & contractus, quia ex diuerſis competere poteſt; in reali uerò non; quia nõ poteſt eſſe dominium, niſi ex una cauſa. Et ibidem adhuc numero.xix.quòd in reali cauſa, proxima eſt dominium, in perſonali autem obligatio. Et in

*l.neſennius.in.§.fundum.in prin.ff.de re iudi. quòd donator pro fructibus rei uendicatione conueniri poteſt, ſed non actione perſonali.& in.l. qui à debitore.ff.quæ in frau.credi.quòd in particularibus iudicijs, in actione reali,precium ſuccedit loco rei in ſubſidium re præſcripta,uel uſucapta;in perſonalibus,quando quis conuenitur,ratione doli.*In *actione perſonali etiam,alia eſt præſcriptio,alia eſt in reali.l.omnes.l.ſicut.C. de præſcrip. xxx.uel.xl. anno.* Et *ſi primo caſu creditor debitori ſuccedat,hæreditatemq́; adeat;aditione confunditur;Secundo autem,non.l.debitori.& ibi not.C.de pact.resq́; litigioſa efficitur per ſolam conuentionem, ſi in actione reali,de dominio,uel quaſi contendatur;in perſonali nõ, niſi p lit.conteſta.*Bar.*teſte in.l.i.C.de litigio.imò quòd etiam perſonalis in rem ſcripta, à reali differt; patet, quia iſta datur ut diximus,contra poßidentem non obligatum,illa contra poßidentem,& quidem obligatum.l.i.et ibi idẽ*Bar.*ff.de interdict.*Et *ideo,eſto q̃ naturã realis et pſonalis habeat; ſecundum tamẽ naturam potius pſonalis debet iudicari, quia ex pluribus cauſis deberi poteſt,ſecundũ* Bar. *in d.§.actiones nu.xvij.& eſt utilitas etiam,quia ſi,ut diximus ſupra,realis nullam præſuppo nit obligationem,ei fideiußor accedere non poterit,l.creditorem.ff.ad macedo.ſicuti nec officio* Iud *cis, quoniam, huiuſmodi etiam eſt. l. qui per colluſionem. ff. de actio. emp.ergo actio de peculio, hoc ſtante, erit perſonalis, quia ei accedit,d.l. creditorem. per quem tex.ita etiam dixit* Bar.*in.l.i.numero.xij.ff. de pecu. tamen idem ui-*

dendus eſt, quoòd imò & reali, & officio iudicis, acce- dat, in l. Marcellus. in i. col. ff. de fideiu. Sed quid in peti tione hæreditatis, & hypothecaria, quæ reales ſunt, niſi hypothecaria pſonali accedat. l. hæreditatis. C. de peti. hæ. l. pignus. ff. de pigno. et not. Bar. in rub. ff. de pigno. actio? Dic breuiter, nec ipſas obligationem præſuppo- nere, aliàs reales non eſſent. Et hac de re idem Bar. in l. ſi unus. in. §. pactus. in. iiii. col. ff. de pact. inquit, q, li- cèt uirtus pacti de non petendo, ſit, ut obligationem na- turalem tollat, id tamen uerum eſt, ſi interponatur, ſu- per non petenda re, quæ erat in obligatione, alias tol- li non poſſet, ſed effectus tantùm actionis impediri, ſignã ter exemplificando in petitione hæreditatis, & hypo- thecaria; De actionibus quoque ſtricti iuris, & bo- næ fidei, ac arbitarijs, mentio facta eſt. Adde eas eſſe bò næ fidei, quæ ſunt enumeratæ in. §. actionum. Inſti. de actio. eas uerò, ſtricti iuris, quæ ibidem enumeratæ non ſunt, quo modo arguit etiam glo. in. l. in bonæ fidei. C. de pact. & quia arbitrariæ, non ſunt ibi enumeratæ, non immeritò ſtricti iuris dicuntur. §. præterea. Inſti. de actio. ſentit glo. in. l. in actionibus. ff. de in lit. iu. & hãc conſequentiam facit etiam Bal. in. l. iuriſgentium. in. §. quinimo. in. iii. col. ff. de pac. de actione preæſcrip. uerbis loquens. & in actione in factum idem in. l. ſi proculia- na. in prin. C. ſi quis omi. cau. teſta. & in donatione, Bar. in. l. ædibus. in. §. i. in fi. ff. de dona. ubi etiã non ni- hil de contractu emphyteotico. & in actione pro tute- le, & contraria, idem Bar. in. l. i. in prin. in. ii. col. ff. de

eo qui pro tu.& in contractu pignoris,in.l.ſi rem alie-
nam.in.§.omnis.ff.de pigno.ac.& in certi condictione,
in.l.certi condictio.nu.xiii.ff.ſi cer.peta. & in ſimili,in
l.i.in.§.fi.ff. de ſuſp.tu. quòd facta atrocia appellantur
ea,quæ non ſunt enumerata in.l. auxilium.ff. de mino.
Optimeq; facit quod ad idem quoque dixit Odof. in.l.ſi
cum exceptione.in.§.eum qui in.v.col.ff.quod metus cau
ſa. quòd actio quod metus cauſa non infamat, licet de-
ſcendat ex cauſa famoſa, ex quo non connumeratur in-
ter famoſas actiones. Reali differentia etiam bonæ fidei
actiones,à ſtricti iuris, diſtinguuntur,quia primo caſu,
quilibet hæredum tenetur in ſolidum ex facto proprio,
& ex facto defuncti,pro hæreditaria portione;ſecundo
autem non.l.ii.§.fi.l.eadem.§. Cato.ff. de uerb.ob.l.in
depoſiti.& utrobique. Bar.ff. depo. Ad idem officium
Iudicis,quod deſeruit in actionibus bonæ fidei,protendi
tur ultra perſonam actoris & rei,adeo ut tertia perſo-
na ueniens,impediat reſtitutionem depoſiti; in actioni-
bus autem ſtricti iuris non.l.bona fides, ubi idem Bar.
ff.eo. Ad idem,in his,uſuræ ueniunt à tempore lit. con.
in illis uero,à tempore moræ.l.uideamus.ff.de uſu. Bo-
na fidesq; requiritur utroque caſu, ſed in actionibus Bo-
næ fidei longè magis.l.bonam fidem.C.de actio. et obli.
l.ſi dolo.C.de reſcin.uẽdi.l.iii.§.fi.ff.pro ſo.declarat ad-
huc Bar.in.l.ſub prætextu.in fi.C.de tranſac.In actioni-
bus bonæ fidei augetur condemnatio, ſecundùm naturã
ipſarum,in ſtricti iuris præter,d.l. in actionibus. ff. de
in lit.iu.§.præterea.Inſti.de actio.l.ii.ff.de eo quod cer.

lo.l.i.C.ubi cõ.qui cer.lo.da.pro. Et fertur deniquè ſententia,una tantùm primo caſu;ſecundo autem duæ, ut in d.§.præterea,not.pluraq; huiuſmodi ſunt,non referenda aliter. & ſi quo ad arbitrarias tamen prætermittendum non ſit,eas,propter Iudicis officium, ſic à lege appellari,quia uertitur in arbitrando intereſſe,ratione loci,in taxando quantitatem,& in deferendo iuramentum in litem.Item interrogando,ut in actione noxali,necnon ad pœnam imponendam; exempli gratia, in actione de dolo;& idē Bar. docet in.l.hoc edicto.in prin.ultra adducta in præallega.§.præterea,& in d.l.in actionibus. ff.de publica.Sunt etiam alia actionum genera,& propemodum infinita,quarum aliqua, ut inſtituimus,ordine non ſeruato diſcurremus,tantum tamen utilitatis allatura,quantum deſiderari poteſt, & ea potiſſimum, quæ non ita tibi in materia,quēadmodum cætera, nota ſunt. Actio igitur debet eſſe certa, licèt exceptio generalis eſſe poßit,& ſic certa etiam cauſa ad agendum,ſecundùm Bal.in.l.tale pactum.in prin.in.ii.lectu.ff.de pact. & eſt argu.in. l. i.ff.de æden. quæ quandoq; directa quandoq; utilis eſt,à mente & uerbis prouenīens,& à mente tantum;effectu tamen haud differentes. l.actio negotiorum geſtorum.l.ſin autem.ff.de nego.geſt.l.ſi cum emptorem.ff.de pact.licetq; uidere in peti. hæreditatis, & reſtitutione,ſenatuſcon.treb.& in bono.poſ.ſecun.tabu.& ſecundùm nuncupationem, de quibus in.l.ii.C.de bo.po.ſe.tab.quæ diſtinctio, inuenta eſt de iure ciuili,ex quo naturalis obligatio,quæ inuenta eſt de iure gentiū.

l.cum amplius.§.is natura debet.ff.de. regu. iu. non ita diſtinguitur, & hac ratione, debitum naturale tranſit in fideicommiſſarium uniuerſalem, taliter ut apud hæredem nihil remaneat.l.i.§.id quod.& ibi Alex.in prin. ff.ad leg.fal.& ante eum Bar.in.l.ſi eius.in prin.ff.ad treb. & effectu eas differre dixi, quoniam alias ſecus, ut inquit Ange.in.l. nominibus.C. de actio. & obliga. Et hinc uidemus, quòd promittens rem pupilli ſaluam fore, non tenetur niſi ad id, quod uenit in actione tutelæ directa, non utili; ſecundum Bar.in.l.iii.in prin ff.rem pup.ſal.fore, quòdq; uni, eidemq;, minime competere poteſt; & forte, ultra ſupra dicta; quia utilis datur ex æquitate, quæ ceſſat in eo qui habet directas; & ſentit idem Bar.in.l.ſi hæres.in prin.ff. ad trebel. & Bal.in l.Gaius.in.ii.col.ff.ſol.mat. Eſt uerum, q; directa præfertur utili, ſed non quòd in ſubſtantia differant, ut ſupra.l.i.§.fi.& ibi idem Bar.ff.de lo.pub.fruen.bo.glo. in.l.i.ff.de actio.& obliga.legato etiam nomine debitoris, ut inquit alibi Pau.de caſt.in.l.ex legato.C.de lega. in legatarium actiones directæ non tranſeunt, niſi cedantur; utiles autem ſic, ſed non quòd differant, quantum ad effectum cõſequutionis debiti. Imò plus dicit Bar. in.l.i. in.§.uſufructuarius.in.ij.col.ff.de no.op.nun. quòd dicere uno caſu eſſe utilem, alio autem directam, eſt imponere legem uerbis, contra tex.in.l.ii.C.communia de lega. Verum eſt rurſum, quòd directæ, ſolidiores ſunt quàm utiles.l.quotiens.in prin.ff. de admi.tu. firmat Bal.in.l. exequutorem.in.iiii.col.C.de exequu.rei iudi. Vel dic, q;

imò differant quandoque, quia ceſsionarius intentans actiones directas, tenetur legitimare perſonam, non ſi utiles intentaret. l. i. ubi idem Bar. *in fi.C. de actio. & obliga. & quia in rem, utilis concurrit cum condictione ob cauſam; directa autem non, ut idem adhuc dicit in. l. ii. in. ii. col. C. de condi. ob. cau. & quia denique directa dotis, multa habet priuilegia, de quibus in. l. i. ff. ſol. mat. utilis autem non, ſecundum* Bal. *in. l. i. in. v. col. C. de. priuil. do. & multa denique ſcripſit* Pet. de Bel. *per. in q. q. ſuis. xi. incip. ſequitur. per totum.* Notaui etiam *uerbum* Alex. *in præallega. l. ex legato. C. de lega. in prin. quòd actio utilis datiua, directa natiua appellatur. Eſt quoque actio contraria conſyderabilis, ad differentiam directæ, quæ tamen locum non habet, niſi in caſibus à iure expreſſis; ita* Alex. *in. l. curatoris. iiij. col. C. de nego. geſt. ſubijciens pulcherrimum, & annotatu dignum uerbum ibidem, q. contrariæ nō repiuntur, niſi in reciprocis obligationibus, & bene; adeo ut in cōtractibus, qui non ſint ultro, citroq; obligatorij, quēadmodū donatio et ſimiles, nō habeat locū actio contraria.* Actio *rurſum utilis, quæ cōpetit ex ceſsione, quia directæ nunquā ſeparātur ab oſsibus cedentium, (et nunc aliud declaro) datiua eſt, & non natiua; quia non habet materiam præexiſtētem, ex qua oriatur; aliæ autem utiles ſic, quia eſto quòd datiuæ ſint, habito reſpectu ad edictū* Prætoris, *ex extenſione* Iuriſcon. *tamen poſſunt natiuæ dici. l. iuris gentium. §. i. ff. de pact. l. i. & utrobiq;* Bar. *ff. de actio. & ob. maximè hic, in iij. col. & ſic ex his cognoſci poteſt,*

quando natiua, & quando datiua dicatur, ut in actione de peculio diſputat etiam idē Bar.in.l.iij.in.§. idem ſcribit.in.iiij.ff.de pecu.& in.l.i.in.ij.eo.titu. & de materia in.l.i.in.iij.C.de pac.& in.l.i.in. vij.ff. de cōdi.ob cau. & in.l.cū quis.in.vij.pariter.C.de iu.et fac.igno. & in.l.certi condictio.in.iij.ff.ſi cer.peta.& in.l.ſi & me & titiū.in fi.ff.eo.Vel & aliter,natiuam dicas eſſe, quæ datur à lege,ſecundùm regulam iuris communis, datiuam,quæ datur à lege ex æquitate, & ex aliqua iuſta cauſa,præter regulam iuris communis.l.i.in fi.cum duabus ſeq. ff. commo. ſenſeruntq; Docto. in d. l.certi condictio, & in d. l. ſi & me & Titium. Maxima eſt etiam dubitatio, an actiones ſint de iure ciuili, uel gentium, & non inutilis, propter bannitos noſtri temporis; ſiue eos deportatis comparemus, ſiue transfugis, ſiue relegatis; quoniam ea quæ iuris gentium ſunt, ſibi acquirere poßunt, non autem ea, quæ ſunt iuris ciuilis,ut per Bar.in.l.ex hoc iure.in.vi. col.ff.de iuſti.& iu.magis tamen communis opi.eſſe uidetur,quòd ſint de iure ciuili.l.ij.in prin.& in.§.deinde.ff.de origi.iu. Reperitur etiam actio in genere,quod uidetur mirabile.l. ſiue. & ibi Bar. in utraque lectu. in fi.C.de nego.geſt.Item & alia quæ mobilis ſit & immobilis, ſecundum naturam, & qualitatem rei quæ in ea deducitur,ſecundum Bar.in.l.i.C. ſi aduer. tran.& in.l.ſi conuenerit.in prin.ff.de pigno. ac. & in.l.ſi ſic. in.§.fi.ff.de leg.i.Item nomen & cognomen;nomen,ut in factum; cognomen uerò,ut Caluiſiana & Fauiana,à

Caluiſio & Fauio;ut Falcidia,à Falcidio;et à Publicio, Publiciana.l.hac in factum, & ibi Bar.ff. quæ in frau. credi.Sed quæro, quid ſi duæ actiones competant, una generalis,alia autem ſpecialis;quæ nam uidebitur intentata? Abſque dubio, ſpecialem intentatam fuiſſe reſpondebimus.l.hoc legatũ.et ibi Bar.adhuc.ff.de lega.iij. et nimirum,ut dixi ego quoque in rub.ff.ſi cer.peta.quia ſi res duas habeat qualitates;unam ſpecialem; alteram uerò generalem,in dubio diſpoſitioni ſpeciem recipienti,id ipſum ſtatum tribuemus.l.ſeruis urbanis.§.fi.ff.de lega. iij. quod tamen declarationem recipit, non procedere ubi de proprietate uerborum ageretur, & ubi eſſemus in contractibus.l. cum quæritur. ubi ita Soci. hoc unum declarat.ff.de reb.dub.notandum, ſi uerum eſt.& fortè ad propoſitum ut prius, denominatio in ſtipulatione fit à uerbis,& non à conſenſu,quoniam generaliter requiritur in omnibus contractibus.l.i.§.adeo.ff.de pact.Vel dic regulare eſſe uerum,ſed fallere primum, quando ſpecialis eſſet pœnalis & odioſa.Secundo, niſi ſpecialem intentando,libellus uicietur.Tertio,quando ex medio concludendi, conſtat generalem tantum fuiſſe propoſitum; quæ omnia alias tetigi in.l.ædita.in.ij.lectu.C. de ædẽ. Frequens eſt quoque actionis de dolo materia;ideo dubitatur,an ſit ordinaria,uel extraordinaria; ſiue ſubſidiaria. Sol.extraordinaria,ſiue ſubſidiaria eſt,nec unquàm datur ſi ciuilis,uel honoraria competat.l.i.§.nõ fuit.ff. de dolo.tradit Bar.in.l.fluminum. in.§. præterea. in.i. col.ff.de dam.infec.& nimirum, quia infamat, & ideo

in.l.i.in.§.deniq;.ff.de aqua plu.ar. ibi, nihil agit nec ei actio de dolo eſt.hoc ipſum ſentiens Iuriſcõ.non aliud uoluit dicere,niſi agenti,nec ordinariam,nec extraordinariam competere, quæ uerriculum ab Aquilio appellata eſt,quo ſcilicet,euerruntur hominum fraudes e uita ciuili,prodita ad terrorem hominum ſubdolorum, ut in d. l.i.ff. de dolo.eaq; tenetur impediẽs teſtem,ne ad teſtificandum ueniat.l.ſi filius.& ibi Bar.ff.de dolo.qui dicit etiam,q; eſt arbitraria, in.l.arbitrio.ff. eo. & ibidem in.§.dolo.quòd ea conſequimur intereſſe;puta, ut inquit Deci.in.l.pactum. nu. x .C. de pact. ſi quis mendacium affirmaſſet,decipiendi cauſa; adeo ut in criminali locum non habeat,& in fi.d.§.dolo.Bar.adhuc, quòd præfertur reſtitutioni in integrum.Et in.l.in cauſæ.in prin.ff. de mino.quòd non competit ei, qui exceptione tutus eſt. & in.l.in cauſæ.ij.in.§.Pomponius, in fi.ff.de mino. q; non concurrit cum alia actione ſpeciali,ſed generali ſic; puta condictione indebiti,uel ſine cauſa, ſicuti reſtitutio in integrum.& idem in.l.& eleganter.in.§.i.in.ij.col. ff.de dolo.& in.l.ſi legatarius.ff. eo. & in d.§.i.in.ij. col. quòd perſonalis eſt actio de dolo, ad differentiam actionis quod metus cauſa,quæ eſt in rem ſcripta. & in §.ſeruus.in fi.eadem lege, q; continet reſtitutionem quãdam uſque adeo,ultra ſupra dicta,ut detur ei,qui damnum paſſus eſt,& cui patrimonium eſt diminutum. Itẽ contra eum,qui indebite ſequeſtrum fieri facit,ſi res pereat, uel aliter recuperari nõ poſſit,eo.teſte,in.l.ſi oleũ. in fi.prin.ff.eo.ubi etiã in.§.fi.docet quomodo ab actio-

ue in factum cognoſcatur. Et *quia nō eſt in rem ſcriptā, quemadmodum actio quod metus cauſa ut ſupra, oportet ut deſignetur perſona, quæ dolum commiſit, & rationem diuerſitatis aßignat idem* Bar. *in.l. hæredibus, in.§.in hac actione.ff.eo.* Concurrit *etiā cum interdicto quod ui aut clam, ratione ſupra dicta, quia eſt generale, d.l.1.§.ait prætor.ff.de dolo.tradit idē* Bar. *in.l.* Atheius*.ff. de aqua plu.arcen.* Hodieq; *poſt biennium præſcribitur, olim anno.l.fi.C.de dolo.l. quæſitum.§. fi.ff. de pecu.* Quòd *tamen concurrat etiā cum reſtitutione in integrum, ſenſit* Alex. *in.l. ſi cum procurator. in.ij. col.C.de procu. & cum actione quod metus cauſa, in.l. ij.C.de dolo.* Qui *dicit etiam in.l. cum præponas. in.iij. C.eo.q. in contractu, facio, ut des; ad ſimilitudinem actionis præſcrptis uerbis datur, ſecūdum unum intellectum.* Et *alibi in.l.de tutela, in.iij.pariter.C.de in inte.reſti.q. imò ceſſat, ubi locum habere poteſt reſtitutio in integrū; q.q; non excluditur tamen in replicatione doli, conceſſa à iure communi, quàmuis poßit eſſe conſultum replicanti per dictam reſtitutionem in integrum.* Et *plus alibi, in.l.ſub prætextu prima, in.ij.col.C. de tranſac. q. concurrit etiam cum actione criminali, ubi non eſt prodita ſpecialis actio ciuilis.* Præcipuum *etiam in actione eſt, quo ad principia intrinſeca iuſtificari debere; aliàs agens, nihil obtinebit.l.qui accuſare.C. de æden.l. actor quod aſſeuerat.C.de proba. & in ſimili* Cardi. *uidendus eſt, in c.cum nobis.in.ij.col.de elec.* Actio *contemptus ēt reperitur, in electione* Imperatoris, *de qua per eundem*

Cardi.in c.uenerbilē.in.§.obiectioni.in.ij.& .iij.col.conttit.ſubijcientem,oēs eſſe citandos,ſicuti in collegijs,aliàs dicta actio locum habebit.Habe etiam in materia, quòd actio ſubſidiaria, ut de actione doli dictum eſt ſupra,nō habet locum contra eum, qui ordinario iure coherceri poteſt.l.i.§.hoc itaque.& ibi Bar.in prin.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe ius.fue.Et nouiſſimè obſerua,quòd licet actio de dolo,talis ſit,alia tamen eſt furti,d.l.ſi oleum.§.fi.& ibi.Bal.in fi.ff.de dolo.Sed quid ſi ſint duæ,habentes ſe,ut genus & ſpecies? Reſpondet Bar. unam tolli per alteram,in.l.ij.in.i.col.ff.de tigno iniunc.& bene,ſecus q́ eſt,ſi ſe haberent,ut excedentia,& exceſſa;exempli gratia,cōmuni diui.et pro ſocio,quoniā tunc una non tolleretur per alteram,ita Bar.in.l.ſi actum.ff.pro ſo. A regu.iuris etiamnum recedimus,ſi tempore ſit peritura.l.ſolet.ff.de ſer.l.qui iuriſdictioni.et ibi not.ff.de iuriſdicom.Iudi. & promittens defendere,cogitur.l.non cogendum.§.Sabinus.& ibi glo.ff.de procu.tradit Bar.in.l.ſtipulationes non diuiduntur. in. xvi. col.ff. de uerbo. obliga. Verum dubito,nunquid poſſit ſtare in pendenti. uideretur dicendum,quòd ſic.l.fi. ff.communia predio.l. actus legitimi.ff.de regu.iu.tamen non firmo,& ad longum uidendus eſt Bar.in.l.Pomponius. in.iiij. col.ff.de nego.geſt. Prætermiſimus ſupra etiam unum,declarandum omnimodo,in actione quod metus cauſa; quare eſt, quòd non concurrat cum interdicto unde ui,ut not .in.l. ij.C.de dolo.Ideo dicas,fortè id eſſe,quia uiolentiæ contrariæ ſunt, quādoquidem illa detur pro ui compulſi-

ua,iſtud uero pro expulſiua, et eſt uerum, habeturq; in loco prædicto. Actio quoq;, & paſſio,nõ cõcurrunt in eodẽ ſubiecto,quia ſunt cõtraria;et ideo ſi creditor ſucceſſerit debitori,cõfunduntur actiones,adita hæreditate. l. debitori.C.de pact.Notãdum eſt ẽt aliud,quòd actionis appellatione,omne remediũ continetur.l.& eleganter.et ibi Bal.in prin.in.ij.col.ff. de dolo. Dicẽs adhuc alibi,in.l.ſed & partus.in.§.fi,ff.qđ met.cau.ꝙ ſemper ponderanda eſt natura actionis, quoniam quemadmodũ lapides,plantæ,cæteraq; animantia, ſuam habent naturam;ita habet etiam actio,à iure ſibi datam. Et alibi,ꝙ quandoque capitur non pro ſolo nomine actionis, ſed ẽt pro uulgari formula,ideſt pro narratione rei, et cauſæ, applicata ad debitam concluſionem, in.l.i.in.i. lectu. in ij.col.ff.de æden.Sed quid de actione in factum dicemus? Sol.quòd ſpecialis non ſit,ſed generalis,quoniam oritur ex quocunque delicto,ut inquit Alex.in.l.ſub prætextu, allegata etiam ſupra prima in. ij. col.C. de tranſac. ꝙq; aliter locum habeat,quando ceſſat dolus, & culpa ſubeſt,& ſic ab actione de dolo differat, ut rem'ſſiuè dictũ eſt etiam ſupra,& nouiſſimè habetur per Bar. in.l. & elegãter.in.§.idem labeo.ff. de dolo.& in d.l.ſi oleum, in.§.fi.ff.eo.& ꝙ ex omnibus publicis iudicijs, ciuiles dẽtur in factum,teſtatus eſt Bar.in.l.i.in prin.ff.ad leg. Iul. repet. & in. l. qui nomine. ff. ad leg. Cor. de fal. & alibi. quòd deſcendit ex quolibet edictio, in.l. i. in prin. ff. ſi quis teſta.lib. eſſe iu.fue. & quòd oritur etiam ex ſententia interlocutoria Iudicis, aperit in

l. ſi poſtulauerit.in.§.ſi liber hō.ff. ad leg.Iul.de adult. Et quòd datur ad intereſſe, in.l.ſi ex falſis.in.i. col.C. de tranſactio.& quòd ſunt quatuor docet glo. in.l.ij.de præſcrip.uerbis.& in.l.in factum.ff.de actio.& oblig. Imò, redeundo unde diſceſſimus, quòd magis generalis eſt,quàm actio præſcriptis uerbis, quoniam omni caſu, quo datur,actio quoque in factum competit;& appellatur in factum ciuilis,ad differentiam actionis in factum prætoriæ;quæ pro omnibus edictis Prætoris ut ſupra, ſeu interdictis,competit; & appellatur actio in factum prætoria.l.iuris gentium.in ſi.prin.ff.de.pact. Ad idē, actio præſcriptis uerbis competit,ubi dubitatur, nūquid alia detur;quādo autem eſt certum, nullam aliā competere,tunc ſemper in factum ſubſidiaria dari debet.d.l.ij.d. l.in factum.& latè Iaſ.in rub.de præſcrip.uerbis. in.ij. col.ubi etiam,quare in factum,et quare præſcriptis uerbis dicatur. Datur etiam præſcriptis uerbis, ad id, quod conuenit,ut impleatur. Item ad rem petendam, ſi de ea reddenda conuentum ſit pariter. & in hoc differt à condictione ob cauſam, quæ naſcitur extra id, quod agitur, ſecundùm Bar. in. l .i. in . ij. col.ff. de dona. Subijciens etiam cum condictione ob cauſam concurrere,ſi ſumpſerit originem ex alio fonte;& idem in.l.ſi ut proponis.in.ij.col.C.de condic.ob cau. & rurſum bene. Et dic etiam,quòd eſt ſtricti iuris, præterquàm in caſu quando daretur ex permutatione.§. actionum. Inſti. de actio.& firmat Bal.in.l.i.in.i.lectu.ff.de tranſac.Et his finem facio, quæ tamen ita cōgeſtas alibi haud inuenies.

& de induſtria quidem ut finiamus. conſyderantes amplius in materia tractatus, & alia, quæ ex ſe nota ſunt, longe prolixiora, præ manibus haberi, unde lector omnia poßit explicari, ſi uelit.

OBSERVATIO III.

De adiuncto.

Adiuncti ratione, multa conceduntur, quæ non concederentur aliàs, & regulariter. l. ſi communẽ. ubi not. caſus. ff. cõia prædio. notabilior in c. multorũ de Iudæ. notabilißimus uerò, in c. cũ dilectus. de iu. pat. quæ iura omnia clara ſunt, & ad idem inducit Sicu. in. l. ij. in §. ex his. in. xv. col. ff. de uerbo. ob. & hinc eſt, q̃ diuiduum, de ſui natura, iudicatur indiuiduum ratione prædicta. l. ſi ita fuerit. §. hæc quæſtio. ff. de ma. teſta. declarat Bar. in. l. iiij. in. §. Cato. in. x. col. ff. de uerbo. ob. qui dicit etiam alibi in. l. ſtipulatio iſta habere licere, in. §. ſi quis ita, in. ij. ff. eo, quòd ſtipulatio uti frui, facti eſt; & tamen ſi in ea adijciatur uerbum iuris, ſecus. Et alibi in l. ſtipulationes non diuiduntur. in. xi. ff. eo. quòd licet uſufructus dicatur factum diuiduũ; ratione adiuncti tamen erit indiuiduum; ex quo ſine uſu eſſe non poteſt. Et alibi in. l. præcipimus. in. §. eodem. C. de ap. q̃ coniunctus maiori in indiuiduis, gaudet priuilegio maiorũ. Et alibi in. l. Athenis. in. §. i. ff. de aqua pl. ar. q̃ quãdo unus ex ſocijs habet domum communem, et committit delictũ,

propter quod domus deſtrui debeat, ſi habeat partē inferiorem, non debet deſtrui tota. & in.l. præcipimus, in §. ſanè. C. de ap. quòd ſi laicus habeat cauſam communem cum clerico, Iudex eccleſiaſticus adiri debebit; & quia ēt dignū trahit ad ſe minus dignū. c. quod in dubijs. de conſe. eccle. uel alta. Et alibi Bal. in c. i. quib. mo. feu. ami. in uſib. feu. quòd ſi ab uno ex pluribus ſocijs cōmittatur fellonia: non amittitur, propter alios non committentes, feudum. Et alibi, in. l. fi. ff. de lega. iij. quòd ſtatutum, dicetur contra eccleſiaſticam libertatem, etiam ſi puniat laicos, clericis coniunctos; quod pro extenſione authē. caſſa. C. de ſacroſa. ec. not. Et alibi And. de Iſer. in c. i. in. §. donare. qual. olim feu. alie. po. & in c. i. de ua. decre. æta. in uſib. feudo. quem refert Matthæ. Afflic. in dici. ſuis. ij. incip. extat. in. ij. col. quòd ratione adiuncti, interdum uerba mutant ſuam naturam; interdum limitantur, et bene. imò, ut inquit Bal. etiam, in. l. ſi ſeruus. in. §. qui quinq;. ff. de lega. i; quòd quandoque etiam à propria ſignificatione uerborum, hac ratione, recedimus. Dicit etiam glo. in. l. i. C. ſi in communi eademq; cau. quòd propter cauſæ connexitatem, reſtituto minore, reſtituitur etiam maior. Et alibi in. l. ſed et ſi. ff. pro ſo. quòd licēt lucri appellatione, omne lucrum contineatur; ibi tamen reſtringitur, adiuncti ratione; ut non aliud, quàm quod ex quæſtu uenit, comprehendatur. Et alibi Abb. panor. in c. per tuas. de arbit. quòd laicus, habens ſocium clericum, erit habilis ad arbitrandum ſuper re ſpirituali. Et alibi idē Bal. in. l. Imperator. ff. de ſta.

ho.q. inſtrumentum notarij legalis ſuſtinebitur, ſi cum eo eſſet rogatus alius etiam improbatæ uitæ. Et alibi Docto.in.§.teſtes.Inſti.de teſta.q. licèt fœmina aliàs in teſtamento, etiam ad pias cauſas, idoneus teſtis non ſit; erit tamen, ſi maſculo adiungatur. Sed moueo difficultatem, hoc ipſum generale non eſſe, quoniam filius non uſu capit pro hærede, etiam dato ſibi cohærede extraneo; quod tamē deberet poſſe facere, ratione adiuncti.l. nihil. C.de uſucap.pro empto. Ad idem, inſtrumentum dotale ualet alibi, et matrimonium, in.l.pactum quod dotali.C. de pact. & nihilominus pactum ſucceßionis, in ipſo comprehenſum, haud ſuſtinetur, ut ibidem. Non uideo breuiter, q.aliud dici poßit, niſi uno caſu à lege reſiſti; alio nō. Vel & melius permitti tacitè, & in cōſequentiam in adiuncto hic; in dictis caſibus uerò, expreßè prohiberi. Vel & ultimò, quòd hoc in genree permißum ſit, & non in ſpecie.

OBSERVATIO IIII.

De accuſatione, accuſato, & accuſatore ipſo.

Multa de accuſatione, deq; accuſato, & accuſatore alibi dicta ſunt, ſine delectu tamen; Ideo decreui ego aliqua diſcurrere ſub hoc genere, quæ legenti fortaßis non diſplicebunt, & præſertim q. eſt hominibus maxime neceſſaria, ſi nomen tamen accuſatoris contineat, &

accuſati pariter. Item crimen commiſſum; & perſonam; cum qua cõmiſſum eſt; deinde locum; locum loci; annum; menſem; diem, et horam commiſſi criminis; ut p Alber. gandi. in tracta. maleſi. in prin. qual. ſi. ac. & per totũ. quódq; non eſt actio proprié, ſecundùm Bal. in authen. & conſequenter, in ult. col. C. de ſenten. & interlo. om. Iudi. & probatur Inſti. de actio. in prin. Et q; denique aliquando pro querela largè ponitur in lege; aliàs etiã in criminali cauſa ageretur ad refectionem expenſarũ, quod tamen eſt falſum; quia accuſans, non dicit reum ſibi obnoxium, ſed fiſcum. l. agraria. ff. de ter. mo. l. iij. ff. de ſepul. uio. & utrobique not. & clarius in rub. de popu. ac. & per Bal. in. l. fi. in prin. C. de fruc. & lit. expen. & ſi neceſſaria eſt ad propoſitum, oportet etiam q; accuſator ſit, qui eam proponat; & legitimus quidem; aliàs non audiretur. l. ſenatus. l. non ignorat. l. pén. & fi. C. qui accu. non po. ubi etiam idem Bal. in rub. hoc ipſum not. & bene; aliter reus nõ eſſet fatigandus. c. i. extra de accuſa. Imò quòd quilibet habilis eſt. l. ab ea parte. ff. de proba. niſi cenſeatur inhabilis, eo. Bal. teſte, in rub. præallega. Qui dicit etiam alibi, quòd nemo, alieno nomine, in publicis criminibus, accuſare poteſt, etiam q; publicum & neceſſarium gerat officium, in. l. ſi cautiones. in prin. per illum tex. C. qui accu. non po. Imò quòd nec pater hoc agere poteſt nomine adminiſtratorio filij, ex quo in his patria poteſtas nõ curatur. l. inter liberas, §. filius. ff. ad leg. Iul. de adut. & ſi admittitur, ex alio capite admittitur; quia coniunctus. Vel & latius, ut per

eundem

eundem Bal.in d.l.ſi cautiones.in.iiij. col. In denuncia-
tione tamen eſt ſecus,ut Abb.ſentit,in c.cum dilectus.de
accuſa. Obſerua etiam, quòd accuſare uolenti, tria ſunt
neceſſaria;libelli ſcilicet oblatio; obligatioq́; ad talionis
pœnam;& fideiuſsio de proſequenda lite. l. qui crimen.
& ibi idem Bal.in prin.C.eo.quod tamen declarandum
uenit;haud eſſe uerum generaliter hodie, quantum ad ta-
lionis pœnam,ex quo exoleuit, cognitaq́; non erat, ni-
ſi tempore legis.xij.tabu. in magna ueterum pauperta-
te.§.pœna.Inſti.de iniur. Et quia de patre dictum eſt,
ſcias tamen, quòd mater non admittitur ad propulſan-
dam iniuriam filij pupilli, niſi in caſu, quum tutores
ſunt negligentes;& multò minus alij coniuncti; & ſic
potentius eſt tutorum officium in his regulariter, quàm
matris,aliorumq́; coniunctorum ſollicitudo,d.l. ſenatus.
& ibi adhuc Bal.in.i.col.C.qui accu.non po. Accuſatio
etiam uerbotenus fieri poteſt; dummodo poſtea rediga-
tur in ſcriptis. Vel dic, libellum in accuſatione neceſſa-
rium eſſe;querelam in denunciatione;& prouocationem
in inquiſitione; quibus modis, in iudicijs criminalibus
procedi ſolet;& ſenſit glo.quam ibi ſic Bal.interpreta-
tus eſt,in.l.ſi quis.in pri.C.de accuſa.quòdq́; his caſibus
magis præſumitur contra inquiſitum, quàm contra ac-
cuſatum;& hoc propter authoritatem inquirentis, qui
non preſumitur motus ſine cauſa.In tantum,ut pendente
accuſatione quis in Epiſcopum eligi poſsit, non autem
pendente inquiſitione,& fuit uerbum eiuſdem Bal.in.l.
Caſsius.in ulti.col.ff.de ſena. & not.in c. accuſatum. de

Symo. In accuſatione quoque factum deſideratur, & modus accuſandi maxime põderandus eſt; inquit idem Bal. in.l.i.in.ij.lectu.in.§.cum patronus.per illum tex. ff.de offi.præfec.urb.hoc ipſum non omittentes, calumnioſam ſemper præſumi, ſi non probetur; niſi officij ratio, aut perſonarum proximitas, uel teſtatoris authoritas, ſeu imminens damnum enorme, circa patrimonium, uel crimen; puta adulterij, in quibuſdam perſonis; aut falſæ monetæ, aliud ſuadeat. & ut latius per eundem Bal. in.l. athletas.in.§.calũniator.in.ij.col.ff.de his qui not.infa. Potißimum in materia etiam uidetur, quòd author, qui proprium dolorem proſequitur, aliis accuſatoribus; imò & inquiſitori, præfertur.l.ſi maritus.§.peruenit.ff.ad leg.Iul.de adul.per quem.tex. ita etiam dixit idem Bal. in.l.ea quidem.in ulti.col.C.de accuſa. Quo merito etiã; qua conſcientia; qua intentione accuſetur quis, inſpiciendum eſt, c.ſi quis epiſcopus.ii.q.vii. Inquit rurſum idem Bal. alibi in.l.cum rationibus.in fi.C. qui accu. non po. ꝙ prima regula in maleficiis eſt, ꝙ de diſtantibus factis, non poßunt in eodem libello plures accuſari, quàm duo. Secunda, ꝙ de diuerſis factis, poßunt accuſari in duobus libellis. Tertia, ꝙ de diuerſis factis non poteſt accuſari tertius, ſi duarum accuſationum inſtantia pendeat, uel per inſcriptionem ſit inchoata. Quarta, ꝙ exceptio pluralitatis non obſtat proſequenti ſuam, uel ſuorum iniuriam. Quinta & ultima; ꝙ pluralitatis exceptio non obſtat Iudici inquirenti. Accuſatoris quoque indignitas efficit, ut procurator ad eam allegandam admittatur; ſi-

cuti & abſentiæ cauſas, de quibus in.l.ſeruum quoque in.§.publicæ.ff.de procu.& in.l.pe.in.§.ad crimen.ff. de pub.Iudi. & firmat Abb. in c.ueniens. in. ii.col. de accuſa. Dicens etiam alibi in c.ſignificante.qui accu.po. q; inſtituta ob turpem cauſam, non debent admitti, q̃q; ea ex officio Iudex repellere debet. Et alibi Bar.in.l.iuſiurandum.iii.in.§.fi. quòd accuſationi non cogitur quis reſpondere, ſi uelit ſatisfacere. Et nimirum, quia in conſeſſum, nullæ ſunt Iudicis partes, niſi in condemnando.l. proinde.§.fi.ff.ad leg. Aquili.c. nos in quenquam.ii.q. i. Si accuſator etiã deſtiterit ab accuſatione, punitur pœna, de qua in.l.iii.in.§.fi.ff. de præua. & in.l.ſi cui.ff. de accu.ne innocentia feriatur.l.fi.ff.de iniur. Item notatur infamia, facta interrogatione à magiſtratu, quæ αὐθεκτοις, græcè uocatur; & eſt uerbum Atticorum, cũ nomen receptum eſſet inter reos, an uellet accuſator accuſationem proſequi, loco iuramenti calumniæ, in ciuili, ſiue illi ſimile. Punitur etiam pœna ſtatutaria ſi accuſationem non probauerit, ut hic. Delatores inſuper Sicophantæ, ideſt criminatores, ii appellantur. Item & quadruplatores, quia quartam bellatorum partem, pro delationis præmio, conſequebantur. In quos inuehi poteſt uerbis Hiere.c.ix. Extenderunt linguam ſuam, arcum mendacii, & non ueritatis. & ſtatim, Sagitta uulnerans lingua eorum. quos etiam ad Philippen.iii. Apoſtolus canes appellat. Diabolus etiam græcè criminator dicitur, quia fictis criminibus, electorum innocentiam taxat. Sed nunquid deſiſtens ab accuſatione ciuili poſ-

ſit admitti ad accuſandum criminaliter, ſuper eodem facto? Dic q; non; & quotidianum uidetur, ita Bar. in. l. qui deſtitit. ff. ad turpil. Et q; ſit infamis ut ſupra, ſi maxime in probatione defecerit, Opilij Macrini Imperatoris exemplo oſtendi poteſt, qui non probantem accuſationem ultimo afficiebat ſupplicio; præmio uero, ſi eam probaſſet, honeſtabat, infamemq; dimittebat. & ideo quàm maxime conſyderanda eſt probationis facilitas, quoniam aliàs hi, notæ infamiam ſaltem, ſi non aliud, haud euitarent. Rurſum in materia, dubito, ſi reus ſuper facto interrogatus, dicat ſe non eſſe culpabilem; nunquid reſponſio hæc admittatur. Et reſpõdeo, q; non; quia hæc cognitio ad Iudicem ſpectat; ideo debet reſpondere, an fecerit, uel non fecerit. l. i. §. accuſationem. & ibi Bar. in fi. ff. ad turpil. Dubito item; ſi duo accuſati ſint, an inuicem poſſint fideiubere, unus pro alio. Reſponde, q; ſic, niſi ſuſpecti ex aliquo reddantur. l. Romanus. et ibi not. ff. de tuto. & cu. dat. ab his. Cætera requirenda ſunt alibi, & à fontibus ſumenda, notiora longè magis, quàm hæc, quæ pro nunc erunt ſatis. nec tamen id unum omittentes, patronos ad accuſandum faciles eſſe non debere, & in publica cauſa, quidquid ſentiat Cicero; multis de cauſis; tũ uel maximè iſta, quoniam Demoſthenes quoquè orator ſummus ab Athenienſibus rogatus, ut quendam accuſaret; hoc ipſum facere recuſauit; dicens, facta in eum populi reclamatione, conſultorem me ſemper habebitis etiã inuiti, Sed accuſatorem nunquam, ēt ſi uelitis.

OBSERVATIO V.

De Adulterio.

Adulterium, inter atrocia crimina computatur, (quid enim ſit, & unde dicatur, omnibus innoteſcit) l. auxilium. ff. de mino. l. i. ff. de extraordi. cri. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcopis & cle. l. tranſigere. C. de tranſac. & ubique not. quod ex eo etiam licet uidere, quia læſæ maieſtatis crimini comparatur. l. i. C. de quæſtio. aliquid Bar. in. l. leuia. in. ij. col. ff. de accuſa. Verùm adde, q ob id etiam in eo non dantur plures dilationes, quod tamen eſt regulare, ſecundùm Bar. in. l. in crimine. ff. ad leg. Iul. de adulte. Qui dixit etiam alibi, in. l. capite quinto. in prin. ff. eo. q licèt aliàs teſtimonium de auditu nihil ualeat. l. teſtium. C. de teſti. l. quod meo. §. ſi per uenditorem. ff. de acqui. po. admittitur tamen & probatur in cauſa iſta. Et alibi, in. l. ſi maritus. in. §. lex Iulia. ff. eo. q minor annis. xxv. non admittitur ad accuſandum; & tamen in adulterio ſecus eſt. Et ibidem in. §. ſi negauerit. in. ij. col. quòd licèt quis audiatur, quàmuis dixerit ſemel, ſe nolle agere; in cauſa adulterij tamen, audientia non eſt ſibi deneganda. Et alibi in. l. ij. in. §. fi. ff. eo. quòd quàmuis in criminalibus probationes debeant eſſe luce meridiana clariores, nec coniecturæ, aut præſumptiones ſufficiant ad condemnandum. l. fi. C. de probatione. l. i. §. ſed & ſi quis. ff. de carbo. & c. ubi periculum. de elec. in. vi. præſumptione tamen iſtud iuſtificari

poteſt,& clarè legitur in c. literis & in c.literas. de præſum. Et alibi in.l.hos accuſare.in.§.lege Iulia.ff.de accuſatio.quòd duo non poſſunt tunc ſimul accuſari, maſculus & fœmina, haud tamen regulare. Ad idem, qui dat pecuniam habetur pro confeſſo, præterquàm in adulterio, ut idem Bar.dicit, in.l.i. ff. de bo.eo. Et Prætor, qui de criminibus non cognoſcebat.l.i.in prin. ff.de offi. præfec.urb.cognitionem tamen habebat in cauſa iſta.l. libellorum.ff.de accuſa.§. præconizamus. in authen. de leno.& breuiter adeo malum eſt, ut ex nulla cauſa poſſit iuſtificari.c.& ſi Chriſtus.de iure iu.tradit.Bal.in.l. omnes.in.ij.col.C.ſi contra ius uel utili.pub. Damnatũ lege Moyſis & Deuteronomij, leui.c. xx. & Deutero. xxvij.taliter ut non poſſent adulteri dicere, pœnitentiã agimus, & ueniam deprecamur, imò quòd mori neceſſe erat; latiusq; alibi diximus, hic non repetendum. Nouisſime tamen adde, & rurſum, eſſe furto grauius, ut prouerbio.vi.ibi, non grandis eſt culpa cum quis furatur. quaſi dicat reſpectu adulterij, quia impoßibile eſt quòd adulter ſit ſine macula culpæ, ubi aliàs furatur quis, ut eſurientem impleat animam. & plerunque ſceleratius fratricidio, ſecundùm Bal. in proœ. Rex pacificus. in.iiij. col. Opilius Macrinus adulteros hac de re, quia tam graue crimen habetur, uiuos ſemper iunctos corporibus, ſimul incẽdebat. Germani nunc accisis crinibus, nudatam adulteram coram propinquis expellunt è domo, & per omnem uicum uerberibus agunt; publicataq; nullam habet ueniam; nec forma; nec ætate; nec opibus; ma=

ritum inuenit. Ægyptij, maſculos uirilibus priuant; tria aſſerentes ſcelera committi ab his, nec parua quidem, Iniuriam parentum ſcilicet. Corruptelam morum. & liberorum denique confuſionem.

OBSERVATIO VI.

De Ambiguo.

Ambiguum uerbum eſt, quod æquiuocationem habet, ut canis l. quotiens in ſtipulationibus. & ibi Bar. ff. de uerbo. obliga. quoniam de ſtella; de latrabili; & piſce intelligi poteſt. Et non immerito, ipſius æquiuocationis remouendæ gratia, utimur (ut Grammatici dicunt, et bene) figura, quæ appoſitio appellatur; eſtq; coniunctio duorum ſubſtantiuorum, quorum unum, alterũ declarat; exemplum, Canis ſtella lucet. & probatur in. l. i. ff. de pact. in. l. i. & ibi Bar. in. ij. col. ff. de tutel. & melius, quàm alibi in. l. præſenti. ibi, capitalis & ultimi ſupplicij. C. de his qui ad eccle. confu. Conſyderando, capitalem pœnam, uerbum huiuſmodi eſſe, quod tribus modis intelligi poteſt, ut in. l. ij. ff. de pœn. & in. l. edicto. in §. rei capitalis. ff. de bono. po. & in. l. ij. ff. de pub. iudi. ſicuti & uerbum coacto, de quo in. l. ij. ff. de decre. ab ordi. faci. Verbum quoque Bononia, ambiguum eſt, quoniam una reperitur, in qua iura docentur, à Theodoſio Imperatore, beati ambroſij iuſſu ædificata, notaq; omnibus in Italia; alia ultra montes; quarum meminit idem Bar. in proœ. fforum, in. §. hæc autem tria. & in d. l.

quotiens. Nec *aliud uidetur uoluiſſe Cicero in philippicis,quàm id, quod uerba ſonant, dum dixit*, Ex agro *Phalerno depellantur anſeres. & nihilominus poetam quendam,Antonij laudes decantantem,cui agrum* Phalernum *donauerat,intellexit. Superſtites etiam olim teſtes appellabantur,c.ſorus.§.teſtes.de uerbo.ſignifi. & tamen uerbum eſt,quod aliam habet interpretationem.* Et *quòd ambiguum dicatur, quod æquiuocationem habet;pluribusq; modis exponi poſſit,probatur etiam in.l. cum ſtichus.& ibi* Bal.*ff.de ſolu*. Qui *adhuc dixit alibi,quòd plerunque naſcitur à generalitate uerborum; interdum ab indefinita locutione; quandoque uero alternationis reſpectu,in.l.ueteribus.in prin. ff. de pac. & habetur in.l.*Prætor *edixit.ff.de iniur.& in.l.item exigit.ff.de dolo.et in.l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui.ruſti.prædi. & notandum eſt,id ipſum tripliciter conſyderari poſſe;prout eſt iuris;facti;& perſonæ,ita ut diuerſos tunc pariat effectus;quia ſi iuris fuerit,de ſimilibus ad ſimilia procedetur.* Si *facti, nunquã feretur ſententia in alicuius præiudicium.*Certa *autem, ſi perſonæ, factumq; certum ſit pariter,ita glo.& latius in c. ſi.xxxiij.diſt.* Verbum *ambiguum eſt ſuſpendatur, quum de ſacerdote loquimur,ſi uxorem duxiſſet, quoniam intelligi poteſt laqueo,& de ſuſpenſione ab officio.* Aaron *ſimili modo, ſacerdotis nomen ſignificat* Moyſi *fratris & herbæ etiamnum, quæ ſic ab authoribus uocata eſt, cuiuſmodi lingua,quæ adhuc ſignificatum proprium habet, & tamen herba rurſum eſt, circa fontes ſubcreſcens, cuius*

[library stamp]

radix cõbuſta, protritaq; ſanat alopecias. Et ſi dixerit *quis ioco euangeliũ tibi polliceor;non ſolũ eo modo capietur,quo ſonat,ſed etiam altiter pro munere, quod dari ſolet rem lætam nunciantibus*. Et hinc *controuerſiæ naſcuntur,quia ſcriptum, duas, aut plures (ut diximus) ſententias habet,figuraq;* Amphibologica *appellatur, ſiue* Amphibologia, *& amphilogos ſermo dubius, modo per accuſatiuum,modo per uerbum commune; modo per participum;modo per homonyma,ut palma,quæ uictoria eſt,arbor,& manus*. Animal *etiam æquiuocum uocat* Ariſto.*quia animal,& homo, & quod pictum eſt, intelligi poteſt; ſecundum uero nomen ſubſtantiæ ratio diuerſa,ſubijciens ab uniuocis hæc differre, quia nomen commune eſt,& ſecundum nomen eadem ſubſtantiæ ratio;ut animal,homo,atque bos*. Et *etiam à denominatiuis,quæ ab aliquo differentia caſu,ſecundum nomen,habent appellationem;ut à fortitudine,fortis;à grammatica,grammaticus; à rhetorica,rhetor;à logica,logicus;à philoſophia,philoſophus;à medicina,medicus; à iuris peritia denique* Iuris *peritus, & ſimilis*. Et hoc *primum dialectica uidere facit,poſtea diſtinguit,poſtremo dat regulam,qua uerum,uel falſum iudicemus*. Vel *dic etiam ad propoſitum,quòd uocum alia* Analoga *eſt,quæ pluribus conuenit rebus, ſecundum rationes partim diuerſas,partim eaſdem,ut ſanus, quæ uox conuenit animali, reſpectu ſanitatis;urinæ reſpectu ſigni; & medicinæ reſpectu effectus*. Alia *eſt uniuoca, quæ pluribus conuenit,ſecundùm eandem rationem;ut homo*. Alia *æquiuo=*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ca,ut hic,quæ pluribus conuenit,ſecundùm diuerſas rationes;exemplum in cane,ut ſupra nec repetendum. Ad *de prouerbium,lupus ad urbem quum aduenit quis,triſte aliquid dicturus. tubicina enim erat, qui raro ad urbẽ accedebat,niſi triſte aliquid ſecum allaturus. quod cùm aliam etiam habeat interpretationem,commodè efficit,ad materiã quoq; applicari poße.* Petebat etiã Co*cus quidã magiſtratũ,& à* Cicerone *ſuffragium ſibi ob id præſtari; cui Cicero ſcõmate uſus.* Ego *quoque tibi fauebo.quod & ad ipſum aduerbium non infacete adaptatur,& ad cocum quoque.* Et *in amphitrione* Soſias *clarius, dum* Alcumenam *ante ædes ſtare ſaturam dicit; quod cibi reſpectu intelligi potuit, cùm tamen de induſtria uterum tumeſcentem ſignificaßet. pleraq; alia adduci poßẽt,conſultò tamen omittẽda,ex quo omnia iam, ex his, declarata fuerunt ſatis concludentes tamen, hoc caſu,eam interpretationem ſemper adhibẽdam eſſe, quæ rei aptior ſit,& quemadmodum, uel ſubiecta materia, uel perſonarum qualitas, loci, & temporis, dictarit.l. quotiens idem ſermo.ff.de regu.iu.l. ſi uno.ff. loca. l.ſi ſtipulatus.ff.de uſu.l.Inſulam.ff.de præſcrip.uer.l.plenium.§.equitij.ff.de uſu & habita.*

OBSERVATIO VII.

De Antiquitate.

Quantum *authoritatis habuerit, habeatq; in*

preſentiarum antiquitas, noſtrum neminem latet, ea de re aliqua dicere inſtituimus, ad ipſam pertinentia quæ efficiant, ut homines, nos tantum illi tribuiſſe credant, quantum tribuendum eſt; uel ſaltem ipſius dignitatem, & excellentiam uideant, haud neglexiſſe. & de antiquitate intelligo, ratione temporis, quoniam alia etiam eſſe poteſt, conſuetudinis, & defectus, quando corruptioni proximum eſt aliquid. Ratione antiquitatis igitur, & ad propoſitum, multa à lege conceſſa ſunt, quæ tamen aliàs, & regulariter, non concederentur; exempli gratia, in probationibus, in quibus fama non admittitur, quia ſemiplenè tantum probat, ſecundùm glo. in. l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & in. l. iij. in. §. eiuſdem. ff. de teſti. & in c. i. extra de ap. et tamen in antiquis ſecus eſt, ut uoluit Bal. in authen. quas actiones. in ulti. col. C. de ſacroſanc. ec. & in. l. cum ſuper. C. de rei uẽdi. & in c. ueniens. de uerb. ſigni. Et idem in inſtrumentis dicit idem Bal. probantibus confinia locorum, quòd eiſdem plena adhibebitur fides, hoc caſu, & poſt eum Salice. ac Moder. in. l. cum aliquis. C. de iu. delib. Nec ſecus in uerbis enunciatiuis, Anto. de But. in c. cũ dilectus. de ſuc. ab int. & alij, quos non refero, quia ad longum uidendus eſt Iaſ. in. l. admonendi. in repe. in. lxxxvij. col. ff. de iure iu. facit etiam quia in aditione hæreditatis, quam facit filius, patris iuſſus requiritur. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquiren. hæredi. & tamen ex temporis diuturnitate præſumitur. l. ſi filius. C. de peti. hæ. per quem tex. inquit etiam alibi Alex. in. l. ij. in. §. uoluntatem. in

ij.col.ff.ſol.mat.q, ſcientia, & patientia diutina, idem operatur, quod conſenſus expreſſus. Et alibi Bar. in.l. cum de in rem uerſo.in.iij. col.ff. de uſu. q, in patientia pariter præſumitur titulus. Et alibi Sicu.ubi ego ēt multa in rub.C. qui admit.in.ij. col.q, ex diuturnitate temporis bono.poſ.coram Prætore agnita legitimè præſumitur. Et alibi idem Bar.in.l.i.in.§.denique.ff. de aqua plu.ar.q, ob hoc uim legis habere uidetur, nec ſibi aliud uult dicere Iuriſcon.in.l.illa inſtitutio.ff.de hære. inſti. ibi, ſatis conſtanter ueteres decreuerunt. & in.l.qui non militabant.in.§.i.ff.eo.ibi, Veteres hoc ipſum receperunt. & in.l.ueteres.ff.de actio.emp.ibi, Veteres emptionum uenditionūq; appellationibus promiſcuè utebantur. & apertè Ro.Pontifex, in c.nullus. xi.q.iij. ſequendum eſſe quod antiqui fecerunt. & Imperatores Dioclet. & Maximia.in.l.quotiens.C.de do. quæ ſub mo. ibi ueteris iuris authoritate reſcriptum eſt. non q, plerunque tamen in aliquo non corrigatur, quoniam hoc dictu eſſet abſurdum.d.l.quotiens.l.fi.C.de peti.hæ. maximè cum iniquitatem plerunque contineat, ac in ſe duritiem quandā habere uideatur.§.quos autem.Inſti. de bono.poſ.§.media autem iuris prudentia.de legi.agna.ſuc.eo. lib. & dixi ego latè in rub.qui admi. Quo etiam dato, eiuſdem tamen nihil ignorare debemus.l.unica.§.& cum triplici. C.de cadu.tol.l.teſtamenta.C. de teſta.l.ſcimus. §. & hæc quidem.C.de iu.de lib.l.ij.in prin.C.inuti.ſtipu.§.illud.ibi, Venerāda uetuſtatis authoritas. in authē.de ap. Quid, q, antiqua grāmatica ēt in euāg.Ioan.viij.de cētu

rione reperitur; alio ſcilicet, pro alii. Duroſq; uerſus quoſdam, ac enormes, & ſupra menſuram etiam aliquid trahentes, inter ſuos poſuit Mantuanus poeta Virgil: non alia ex cauſa, quàm ut Ennianus populus in nouo carmine antiquitatis aliquid cognoſceret. plus dicit Bal. in.l.fi.in pen.col.C.de edic.di.ad.tol. ꝙ antiqui & maiores noſtri, magna ueneratione pondere numero & menſura fuerunt præſtantioers, quàmuis nec moderna tempora ſint fruſtra. In hominibus quoque præſumptio eſt, ꝙ antiquior ſit melior, ſecundùm Bar.in.l.cum quid. in i.col.ff.ſi cer.peta. & ideo apud eundem inſtrumenta ẽt ſtare debent.l.ſi quæ ſunt cautiones.ff.famil.hercis.l.fi. ff.de fi.inſtru.l.Pomponius.ff.de nego. geſt. & non ab re dicitur etiam in.l.ſemper.ff. de iu. immun. & in c.i. de ap.in.vi.& in c.quanto.de transla.epiſcopi. In ciuitate Romana, ſenectutem ſemper uenerabilem fuiſſe, quæ in repub.illa non aliter moderabatur adoleſcentium conſilia, & furores; quàm aqua, quæ caliditatem, furorẽq; uini temperat; commodo priuato, odio latenti, & iuuenili conſilio, poſtea extincta funditus; iuxta illud,

Roma uetus, ueteres dum te rexere Quirites,
Nec bonus immunis; nec malus ullus erat.
Defunctis patribus, ſucceſſit praua iuuentus,
Quorum conſilio, præcipitata iaces.

Et ad propoſitum ſenectutis, eidẽ tantum honoris tributum fuiſſe etiamnum Cicero ſcribit, ut quo quiſque grandior natu eſſet, eo prior in ſenatu ſententiam dicere cogeretur. Centumq; ciues illos, quos elegit Romulus parens Vrbis,

initio ipſius, Senatores, ob ætatem appellauerit, de quibus ſecundùm aliquos, in.l.fi. C. de peti.hæ. Vnde non immerito exclamat etiam Ouidius,

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inq; ſuo precio ruga ſenilis erat. Et *adoleſcentis officium inſuper idem Cicero, maiores natu uereri, & bene, quia plus ualet umbra ſenis, quàm ſenſus iuuenis, conſilium cuius imbecille eſt, imprudẽs, et fallax; ætasq; eius multis captionibus expoſita.l.i.ff.de mino.l.ſi minor. cum ſimilibus, ff. de ſer. expor.* Et *hoc eſt ultimò quod etiam dicitur in.l.fi.in.§.ſed quia.C. de iu. delib. & in.l.lege.C.de legi.hæ.& in.l.more.ff. de iu.om.Iudi. quòd antiquitatis contemptores eſſe non debemus.*

OBSERVATIO VIII.

De Aduerbio.

Aduerbia, *præpoſitiones, & cõiunctiones, quæ ſint nõ declaro; quoniam pueris etiam, prima rudimenta diſcentibus, nota ſunt.* Addo *tamen aliqua, nobis maximè pertinentia; q̃ nõ ſemper ſecundùm propriam, & præciſam ſignificationem, intelligi debent, ſed prout conueniunt qualitatibus, modis, & temporibus, ſecundùm ſuſcipientem naturam, & qualitatem adhuc, ipſius determinabilis, & fuit* Bal. *obſeruatio, in.l. ex arrali in fi.C.de ac.emp.nec immeritò, quoniam uerba aptanda ſunt rebus, non è contra, res uerbis: c. intelligentia.*

de uerbo.ſigni.l.has cauſas.ff.de condi.& demon.& eſt argu.in.l.ij.C.communia de lega.ſcribendamq; auream T.Liuij:hic duxi ſententiam,ſub Annii,latinorum Prætoris perſona,maximè ad propoſitum facientem, dicentis, Ad ſummam rerum noſtrarum pertinere arbitror, ut cogitetis magis,quid agendum, quàm quid loquendũ ſit;quoniam facile erit,explicatis conſiliis,accommodare rebus uerba.& eſt ad idem bo.tex.in.l.ſi uno. ff.loca.& in.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſu. & in.l.plenum.in. §. equitii.ff.de uſu & habi.& in ſimili de aduerbio, euidẽtiſsimè dicit Bar.in.l.ſi conſtante. nu. xii. ff. ſolu. mat. Differt etiam à uerbo, quoniam illud qualitatem facti ſignificat,iſtud uerò factum; ſecundùm eundem Bar. in.l. Pomponius in prin.in pen.col.ff.de nego.geſt.Qui alibi poſtea aliter inquit,q, aduerbia ad reum; nomina autem ad actorem referuntur,in rub.ff. de rei uẽ. & ſi iungantur uerbo ſemper determinant actum uerbi,cui coniunguntur,& non alterius,cum quo non conſeruntur ſecundùm rationem recti ſermonis.l.Plautius.ff. de au.& argen.lega.l.rationes.C.de prob.c.i.de cle.egro. declarat Bal.in.l.cum mulier.in.xvii.col.ff.ſolu.mat. Imò quòd debent cum uerbo conſtrui, uel participio immediato, non remoto;ex quo modus ipſorum eſt,uerbum informare,& diſponere actum uerbi proximi, in.l. in delictis. §.ſi extraneus.ff.de noxa.ſentit idem Bal.in.l.i.in.ii.lectu.in.ii.col.C.unde ui. Qui dicit etiam alibi, q, aduerbium introductum eſt ad oſtendendum rerum qualitatẽ; qq; ipſius propriũ eſt in eſſe; q, eſt accidens quoddam;

& q denique à proprio ſubiecto ſeparari non debet, in c.i.in.i.col.de alie.iud.mut.cau.fac. Et ferè ad idem alibi, q trahit ad ſe uerbum, q́q; plus ponderatur, quàm nomen, uel uerbum; & q eius natura eſt qualificare, & informare, in.l.precibus.in.x.col.C.de impube. Et alibi, q formatur iuxta ſignificationem adiectiui, ſeu appellatiui nominis, & q eſt deriuatiuæ ſignificationis, laudis, uel uituperii; ita ut pro bono bene præſumatur, in.l.i.in fi.C.loca.per tex.in.l.quod ſi nolit.in.§. qui mancipia. ff.de ædil.edic. & bene, tranſeundumq; eſt; quia hæc, potius Grammaticum olent, quàm Iuriſcon. & ſi (ut oſtenſum eſt) quandoque etiam nobis ſint maximè neceſſaria.

OBSERVATIO IX.

De Accidentibus.

Et ſi aliqua dicta fuerunt in primo genere, huic cognata; quæ ſuperſunt tamen nouiſſimè, non ſunt prætermittenda, & magis propriè, & potiſſimum, q accidens eſt quid, quod tum adeſſe, tum detrahi, alteri rei poteſt; q́q; inhæret ſæpe ſubſtantiæ, ut re ipſa nunquàm ſeparetur, quemadmodum in igne calor; nigredo in coruo; & in cygnis albedo. Vel aliter ad materiam dicas, q quanuis accidentia, ſæpe res ita comitentur, ut diuelli ab illis non facile poſſint; ſicuti umbra corpus, attamen ut corpus, aliud quiddam eſt, aliud umbra; ita aliud ſunt accidẽtia, & aliud ſubſtantia. Vel & clarius, q accidẽs

quoddam

quoddam eſt ſeparabile,quoddam inſeparabile;ſeparabi le,ut dormire,ſtare,& ſedere;inſeparabile,ut ſupra,albedo,nigredo,& ſimile. Inde dicimus etiam maximè cõ *ferre,ad cognoſcendum quòd quid eſt.§.pauonum.Inſti. de re.diui.c.tertio loco.c.afferte mihi gladium. de præſum.imò q; ſenſus non cognoſcunt niſi accidentia;cognoſcunturq́; potius,quàm ſubſtantia.* Et *quia illud; quod eſt per accidens,ſcitur,quando accidit,& non permanẽter, de ente per accidens ſecundùm* Philoſophum,*non eſt ſpeculatio,dixiq́; ego in q. de muliere ſterili, an gaudeat priuilegio aliarum,liberos procreantium;in authẽ. resq́;.C.communia de lega.& uidetur caſus in.l. ſi quis poſthumos.in prin.ff.de libe.& poſthu.& quòd qualitas non poßit eſſe ſine ſubiecto, ſiue accidens inſeparabile,ut ſupra probatur in.l.i.& ibi* Bar.*ff.de uſuf.leg. & per locum à ſpeciali,in c.cũ* Marthæ *.de cel.mi.ubi ſtat miraculoſe, miracula ſunt admiranda; & non ad exemplum humanæ actionis trahenda,c.ſi teſtes.in fi. iiij.q.ij. & .iij.in fi.ergo.* Et *notandum eſt etiam, quòd quando curatur,non curatur,niſi adſit in toto, uel maiori parte totius.l.ſeruis.§.ſi unus.ff.de lega.iij. tradit* Ancha. *in c.i.in.vij.not,de reſti.ſpoli.in.vi.& aliud quoque,quòd natura potius inſpicitur,quàm accidens.l. qui habet. ff. de tute.§.qua ratione.Inſti.de pupil.ſubſti. quod tamen uerũ intellige,niſi accidens potentius ſit.exempli gratia, in acceptilatione, quæ eſt de iure ciuili, inducta à* Gallo *acquilio;& tamen dicitur de iure gentium,propter pactum quod in ſe habet.l.an inutilis. & ibi* Bar. *in.§.ſi.*

in fi.ff.de acceptil. Vel declara, duas cauſas tales inuicem concurrere, ſi effectus ipſarum ſe inuicem compatiatur, aliàs non, & ſentit idem Bar. in l. ſi minores. in .v. col. ff. qui pet. tu. Et quod natura, potius quàm accidens, regulariter attēdatur, optimè probari uidetur, in. l. certi condictio. in prin. in uer. ex omni. in fi. ff. ſi cer. peta. & in. l. item ueniunt. in. §. cum prædiximus. ff. de peti. hæ. et in. l. Cæſar. in fi. & in ratione ſui. ff. de publica. & quia ſi ex conſuetudine Archipresbyter habere deberet oblationes dominicales; ſacriſta uero, quæ fiunt in feſto ſancti Laurentij; Archipresbytero debebuntur, ſi dictum feſtum uenerit Dominica die, ratione prædicta, ita Bar. in l. fi. in prin. ff. de offi. Procon. & ſi filius, qui habet in agnoſcenda bono. po. tempus unius anni. l. i. §. largius. ff. de ſuc. edic. ad agnatorū differentiam, habētium tantùm dies centum. l. i. §. ſi intra. ff. eo. l. ij. C. qui admit. tanquam agnatus, uel cognatus, agat, habebit nihilominus dictum tempus anni. l. i. §. ſed uidendum. ff. de ſuc. edic. l. pe. §. filius. ff. quis or. in bo. po. ſer. conſyderantes ultimo loco, quia alibi quoque diximus ſatis, quòd etiam petitio hæreditatis, hac de re realis eſt, & propriam nō immutat naturam, quàmuis ex accidenti, præſtationes quaſdam perſonales habeat. l. hæreditatis. C. de peti. hære. & ad longū trahit Signo. de homo. in cōſilio. xlviij. incip. Quæritur in. ij. col. dixiq; ego ad ſaturitatem in rub. ſi cer. peta. in. i. & .ij. lectu.

OBSERVATIO X.

De Agricolis, ſiue agricultura.

Ex quo agricultura, quaſi conſanguinea ſapientiæ eſt, ut Colum. inquit, paucula etiam hic diſcurrenda ſunt, ad eam ptinentia, ſcitu certe non indigna; & maxime q̃ hac de re ſorté, Iuriſcon. alibi arguit, à more ſenum ruſticorum, dicere ſolentium, pecuniam, ſine peculio fragilem eſſe; peculiumq́; appellantes, quod præſidij cauſa reponitur: in. l. ſi chorus. in. §. i. ff. de lega. iij. quodq́; agriculturæ fauore etiam inductum eſt, ut ruſticitati parcatur in multis, præterquàm in his, quæ ſunt iuris naturalis, multaq́; priuilegia eidem conceſſa fuerunt, ut in. l. ij. ff. ſi quis in ius uo. non ie. & in. l. ij. C. de in ius uo. et in. l. i. in. §. fi. ff. de æden. & in. l. ſi quis id quod. ff. de iurisd. om. Iudi. & in. l. iuris ignorantiam. C. qui admit. & in. l. fi. C. de teſta. Ad idem uidemus, quòd exequutio ſentētiæ fit prius in bonis mobilibus. l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. niſi fauor agriculturæ aliud ſuadeat. l. exequutores. C. quæ res pi. ob. po. quodq́; prædia ruſtica, debent eſſe magis libera, quàm urbana. & hinc eſt quòd ratione ruſticæ ſeruitutis, nouum opus nũciari non poteſt, ſed agi debet conſeſſoria; ſecus uero in urbana. l. qui uiam. & ibi not. ff. de no. op. nun. late Bar. in. l. i. in. §. uſufructuarius. in. iij. & iiij. col. ff. eo. & q̃ denique pro grauaminibus, uel alijs, boues, & inſtrumēta culturæ, nõ poſſunt agricolis pignorari, d. l. exequu-

tores.l.pignorum.authen.agricultores C. quæ res pi. obli.poſ.quod tamen non ſeruatur, forte quia alia nõ habent; & ſic in ſubſidiũ fieri poſſe uidetur, qđ alias cõceſſũ non eſſet, inq; agricolarũ læſionem retorqueri, quod in eorum fauorẽ inductum eſt, cõtra regulã.l.quod fauore. C.de legi. & nouiſſime diſputat Fran. Lucan.in tracta. de priui.fiſci.quæ perſone à collectis, & grauaminibus, exemptæ ſint.in.ij.col uer.vi.Inquit etiam Ioã.de Ana. in c.quia in omnibus.in pe.col.de uſu.ꝗ uſuræ debẽt modificari, quũ mutuatur agricolis, eiſdemq; faueri, pp publicam utilitatẽ; obuiando impietati fœneratorum. Et alibi Calca.in conſil.xlix.incip.cõtra cõmune.in.ij.col. ꝗ licet edictum de aqua plu.ar. cõpetat, quando timetur damnum ex aliqua pluuia, opere facto nobis in ferri; ceſſat tamen ſi opus fiat, agri colendi gratia.l. i.§.de eo.ff.de aqua plu.ar. & ꝗ ualde priuilegiata ſit agricultura, habetur ẽt in.l.diuortio in. §. impendia.ff. ſol. mat. & nimirũ hac de re, ſi agricolæ hoc lucrum magis appetunt, quàm honorẽ; & ſic eis (ut Philoſophus inquit) delectabilius eſt laborare, quàm principari. Plebei, lege Romuli lata, in initio urbis, et agros colere debebant, imò ꝗ nec Impatores id facere dedignabantur; nec Ro.populus eos poſtea ad dictaturas, ſummoſq;, ac maximos (hiſtoria nota eſt) uocare magiſtratus. & certè (ut inquit ẽt Cicero) cum quo finiemus, omnium rerũ, ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius; nihil uberius; nihil dulcius; nihil libero homine dignius.

¶

MARCI MANTVAE
BONAVITI, PATAVINI
Iuriſcon. publiciq; matutini interpretis,
Obſeruationum,

LIBER SECVNDVS.

OBSERVATIO XI.

De Alternatiuis.

IN MATERIA *alternatiuæ, quæ ſæpiſſime occurrit, ordinem Iuriſcō. ſequutus in.l.i.ff.ſi cer.peta.& in.l.i.ff.de iuſti.& iu.& in.§.his igitur.Inſti.eo. aliqua, generalia præmittemus, diſcurrentes poſtea in ſpecie, quæ nec minus neceſſaria erunt.* In *ea ergo dici generaliter ſolet, ſufficere partem alteram eſſe ueram.l.ſi hæredi plures.ff.de condi. inſti. aliquid* Bar.in.l.illud.in.§.fi.in fi.ff.de bonr.po.con.tabu.Item *ꝙ eius natura eſt, alternare diuerſa, ſecundùm glo. in rub.ff.ſi ager uecti.uel emphy.pet.latius* Bal.in.l.filiæ. in prin.C.de colla. Et ꝙ *denique incertitudinem inducit. l.ſi ſeruus.§.huiuſmodi.& ibi* Bar. in prin.ff. de lega.

i.& hinc eſt q̃ libellum uiciat.l.i.in fi. C. de anna. except.Dixi lat è ego in.l.ædita.C. de æden. in contractibus tamen & legatis ſecus,quod pro limitatione.l.iij.§. idem ſcribit.ff.de pecu.notandum eſt; & rationem diuerſitatis ponit Bar.met in.l.Prætor edixit.in.§. quod autem.ff.de iniur.& intellige, niſi obligatio ſit alternatiua,quia tunc libellus & ſententia huiuſmodi eſſe debebit.l.ſi quando.§.hæres.ubi idem Bar.in prin.ff. de lega.i.Per alternatiuam etiam inducitur conſtitutio duorum reorum,ut idem inquit,in.l.ſi ex toto. in . §. i. in prin.ff.eo.ſiue credendi,ſiue,debendi ſint,eodem teſte,in.l.ſi Titio.in prin.ff.de lega.ij.Nec minus generale eſt,q̃ in his electio ſit dare debentis.l.plerunque. ff. de iu.do. Sed tamen adde,in ſpecie non eſſe uerum ſemper,& reſtringi, quando alternatiua cadit inter duo, quorum utrunque eſt in obligatione & ſolutione, ergo ſecus ſi unum tantum ſit in obligatione,quoniam tunc aliud apponitur ad cautelam creditoris; ut declarat idem Bar. in.l.quamuis.per illum tex.ff.de pigno.actio.Item in alternatiua à principio,non ſucceſſiua ex poſt facto,quẽadmodum in not.q.teſtatur Salice.in.l.ſi traditio. in.ij. col.C.de ac.emp. & ſi uerba in nullius perſona directa fuerint,quoniam tũc ab ultimis uoluntatibus differre uidebitur,in quibus ſecus eſt;& regu.locum habebit.l.plane.§.inde dicitur,& ibi Bal.ff.de leg.primo. Propter culpam etiam commiſſam à debitore alternatiuo, in uno alternatiuorum,perdit potentiam eligendi,eamq; tranſfert in creditorem, & eſt egregia. in Ange. declaratio,

l.ſtichum.in.§.enim uero.in.i.col.ff.de ſol.Cuius etiam eſt,ſi cadat,non inter res debitas, ſed inter actiones & obligationes.l.quod in hæredē.§. eligere.ff. de trib.ac. l.iij.§.& generaliter.ff.de eo quod cer.lo. et per Bar. *in.l.i.in.ij.col.ff.de actio.emp.*Vel *mixtim inter res & actiones.l.ij.§.qui ſtichum.in fi. ff. de eo quod cer. lo. tradit* Bar.*in.l.ſtipulationes non diuiduntur. in xiiij. col.ff.de uerb.ob.& ꝙ non ſit uerū,etiam ꝙ ſufficiat ſemper alteram partem eſſe ueram, facit, quia reſoluitur plerūque in coniunctam, ſi appoſita inter honoratos reperiatur.*Vel *quando uerba ſequētia ſuadent,ſubiectaq; materia patiatur.l. cum proponas, ubi etiam* Alex. *in prin.C.de tranſac.l.ſi* Titio.*in prin.& ibi* Bar.*ff.de lega.ij. Qui idem dicit etiam ſi ſit inter totum et partem, in.l.i.in.i.col.ad fi.ff.de reb.dub.nec ſecus in.ii. col.ibidem,ſi inter genus & ſpeciem, quando unum differt ab alio in magna pecuniæ quantitate;quoniam adiectio uidetur facta,magis augendi,quàm minuendi cauſa.*Et *alibi in.l.ſi is qui ducenta.in.§.utrum.in.ii.col.ff.co. quòd modo ſupra dicto quoq; reſoluetur,quando lex ſtatuiſſet plura alternatiuè,circa idē factū,aliàs cōtingeret nobis ignorare id,quod ſtatutum eſt;& hoc niſi uni parti alia repugnet.& etiam quantum ad ius, quoniam quantum ad exequutionem una ſufficeret;& ut ibi latius.*Et *quid de incertitudine dictum eſt aliquid ſupra;nouiſſimè ſcias uelim ꝙ decretū non uiciat,& ſic à libello in hoc ad decretum,arguere non licebit.* Vnde *eſto, ꝙ quamuis hoc ipſum alternatiuū eſſe nō debeat, haud tamē rōne præ=*

dicta uiciatur.l.ſi pupillorum.§.ſi Prætor.quē tex.ibi Bal.dicit not.ff.de reb.eo.In alternatiua quoq; ſummarū minor ſumma ſemp eſt in obligatione, quia in his nō cadit affectio, quo caſu utrunq; aliàs eſſet in obligatiōe, ſecundū Bar.ita deducentē,in.l.qui res.in.§.qui ſtipulatur.ff.de ſolu.Et licet in coniunctam reſoluatur,ut pari. mō dictum eſt ſupra,quando poſita repitur inter genus & ſpeciem,aliter nunc declara uerum, niſi genus poſſit aſſumi,ut ſpecies ſeparata ab alia.exemplum,adoptio eſt genus;arrogatio ſpecis; & tamen ſi dico,adoptio uel arrogatio,non prout eſt genus,ſed prout eſt ſpecies, intelligitur.ita idē Bar.in.l.pediculis.in.§. argento.ff.de au. & argen.lega.& ad propoſitum ſupra dictum, quando in copulatiuam reſoluitur,tunc requiritur concurſus utriuſque copulati,præallega.l.ſi hæredi plures . ff. de condi.inſti.declarat Pau.caſt.in d.l.ſi is qui ducenta. in d.§.utrum.in prin.ff.de reb.dub. In alternatiua adhu l.cum ſolito.C.qui bo. ced. po. electio etiam beneficiato defertur,quando diſcordia eſt inter creditores,& inter eos parilitas utriuſque partis; aliàs omnium eſſet electio,uel maioris partis ad inducias quinquennales faciēdas,uel ceſſionem bonorum recipiendam. Et propius ad alternatiue materiam ſcias rurſum,q, utraque in diſpoſitione eſſe dicitur, ita ut ſi pœna huiuſmodi fuerit,alternatiua ſcilicet inter capitalem & non capitalem,capitalis hac ratione dicatur.l.cum res.§.fi.ff.de lega.i.l.Stichum aut Pamphilum.ff.de ſolu.declarat Bal.in.l.reos.in.iii.col.C.de accu.non nihil Bar.in. l. is qui. §. i. ff.

quod ui aut clam. Quælibet obligatio etiam alternatiua, eſt indiuidua ratione conceptionis; ratione autem ſui, illa ubi eſt indiuiduũ, ſecundùm eundem Bal. in d. loco. Subijciens ibidem, q alias indiuidua erit, non ſolum ratione conceptionis, uerum etiam rei, ubi alternatiue debetur diuiduum uel indiuiduum. Et ſi poſita reperiatur inter ea, quæ ſunt ſubordinata ad inuicem, exponetur conditionaliter. l. hæredes mei. §. peto. & ibi Bar. ff. ad treb. quem refert & ſequitur Areti. in conſil. xcv. incip. in præſenti. in. ij. col. & plenius aliàs dic, q quædam eſt alternatiua rerum; quædam perſonarum; quædam temporis; quædam locorum; quædã locorum & rerum ſimul; quædã uero rerum perſonarum & locorum. & ut latius per Iaſ. ubi etiam diſtinctè effectus & utilitas, ex his diuerſimode reſultans declaratur, in. §. huic autem in. ij. not. Inſti. de actio.

OBSERVATIO XII.

De Amicitia.

Non ab re, ſub hoc genere, de amicitia aliquid dicere intendimus; quia hoc idem in controuerſiam uenit ſæpe; & præſertim, an in amico, maxima amicitia coniuncto, idem, quod in conſanguineo, dici debeat. exempli gratia, in caſu. l. cum auus. ff. de condi. & demon. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. in quo Doct. dicunt, q ſic, maxime Soci. in d. l. cum auus. in. iij. col. & not. aliàs

*in.l.cum alienam.C.de lega.& in c.ſi pater. de teſtam. in.vi.ita ut agat pro amico,ſicut coniunctus, etiam ſine mandato.l.at qui natura.§.cum me abſente.l.i.ff.de nego.geſt.firmat.*Bal.*in.l.ſed hæ.in.i.lectu.in prin. ff. de procu. qui dicit etiam alibi, q̃ quando contra abſentes proceditur,affines & amici uocandi ſunt.l. fi.et ibi not. ff.ubi pup.edu.de.& alibi in rub.qui admi.in.iiij. col.q̃ ſi hæreditas delata eſt infanti, tutore carenti, poßunt amici coram* Iudice *facere,ut eidem bonõ. poſ. decernatur.*Et *idem ſi delata eſſet abſenti uagãti per mundum, ſine ullo mandato,ut ibidem.* Et *nouißimé ultra adducta ſupra,habetur etiam in c.nonnulli.in. §.ſunt & alij. ubi & nos,extra de reſcrip.*Et *alibi in.l.i.in.§. fi.ff. de eo qui pro tu. q̃ conductor receßurus ne ad penſionem teneatur,debet notificare* Domino, & *ſi* Dominus *non eſt in patria, tenetur id facere, & notificare coniunctis* Domini,*ſiue amicis;nec tenebitur.*Imò *q̃ ẽt mediocris amicitia eſt in cõſyderatiõe,q̃ ex aßidua cõuerſatione oritur,et orta augetur;diciturq́; una anima(*Philoſo*pho teſte)in duobus corporibus,taliter, ut amicus, amico,oẽ bonũ euenire deſideret;& ſibi defenſio amici non ſecus ac fratris permißa ſit,in caſu.l.ut uim.ff.de iuſti. & iu.ut ibi* Bal.*teſtatur,in.ij.col.*Dicens *etiam alibi in l.ſi unus.in.§.ſi cum reo.ff.de pac.mea intereße, amicũ non grauari.*Et *ad propoſitum optimé adhuc* Philoſo*phus,*Dulcißimum *eße,amicis auxiliari, quodq́; regna per eos conſeruantur.*Et Thales *mileſius,id ſolum præclarum fore inter omnia,non faciem componere,ſed op-*

timarum artium ſtudijs animum excolere; & amicorũ tum abſentium, tum præſentium, memores eſſe. Et certe amicitia (ut aiunt) religionis pars eſt, non facile ſubmouenda, quia ſic Solem é mundo etiam tolleremus, bonum, ſuæ naturæ gratia, maxime expetendum, utilitatem quandam præſeferens. Vbi alia ſunt propter uim ſuam, & dignitatem, quemadmodum uirtus, doctrina, & ueritas; alia Propter fructum, ut pecunia. Noluit enim T. Gracchus, tanti amicitiam eſſe faciendam exiſtimabat, cum C. Claudio collega, quorum alter erat damnandus; alter uero abſoluendus, à plebis Tribuno, niſi pariter iudicari. Dicens quoq; Catilina apud Saluſtium, Socijs, & amicis, idem uelle, idemq; nolle eſſe debere, iuxta illud poetæ.

Flet, ſi lachrymas conſpexit amici.

Et iterum, ſi dixerit æſtuo, ſudat.

Arbitrati etiamnum Scythæ, eum ditiſſimum eſſe, qui optimos habet amicos. Quid q̧ Moſes ſanctus etiam, & amicus Dei, Exo.c.xxxiij. ſanxit, ne quid amicis celaretur. Et ad hoc bene facit aliud Ciceronis dictum, uolentis, ipſaq; rerum experientia docet, nihil dulcius eſſe, q̃ habere amicum, cum quo omnia tui animi ſecreta loqui audeas. Amicus Ionathas & Dauid, quorum animæ ſimul colligate erant, ut .i. Reg.c.xviij. Amicus Saul, & Armiger, qui gladio cũ eo mortuus eſt, i. Reg.c.xxxi. Amicus deniq; Chriſtus Ieſus Lazaro, in cuius ſuſcitatione, uerbo & facto ſe talem oſtendit ſibi, Ioan.xi. dicens, ubi poſuiſtis eum, et ſtatim lachrymatus eſt; exem-

plum nobis relinquens,ut tales noſtris ſimus,qualis ipſe fuit Lazaro;& quales noſtros,in nos eſſe ſemper deſideramus. Nec *prætermittentes ultimo loco, q̃ amicorum potentia etiam facit hominem excellentem , ſecundũ* Bal.*in c.ſuper co.extra de teſtib.*

OBSERVATIO XIIII.

De aptitudine.

Aptitudo idem eſt,quod potentia,quæ quoniam ab actu longè differt,occaſionem in preſentiarum præſtat,ut aliqua hic etiam dicamus, quæ lectori non ſint ingrata,quemadmodum ignota,nec animaduerſa in pluribus,ut fecimus nos.Igitur ſciendum eſt q̃ ſæpiſſime à legge conſyderari ſolere;patet,quum iuramentum defertur,& ad id quidem,quod eſt cauſa actionis; quia tunc actionem ipſam aptitudine producit,licet non actu; & qui Dominus *eſt aptitudine, habet ſemper rei uendicationem,non actu, ſi poſſidet.ita* Bar.*in.l.ſed & ſi poſſeſſori.in prin.in.i.col. ff.de iure iu.* Ad *idem, oſtendi ego,& in ſimili quidem,ſufficere,quòd quis eodem modo habeat actionem ad exhibendum, quæ eſt præparatoria rei uendicationis,in rub.*C.*de æden.in.v.col.num. xxiij.* Ad *idem,eſto q̃ actiones perſonales, aditione hæreditatis confundantur, ſi creditor hæres à debitore inſtituatur;non tamen confunduntur reales, quia durant aditione facta, aptitudine, ſeu habitu & potentia con=*

tra tertium, ſi poſtea poſſeßio occuparetur, ſecundum Bal.*in.l. ſi uxor.C.de bo.autho.Iud.po. quem ſequutus eſt* Deci.*in.l.i.in.i.col.in fi.& prin.ſeq.C.de pact.* Ad *idem, momentanea poſſeßio, ſic dicta eſt, aptitudine, quia contingere poteſt, q̃ uincens in poſſeſſorio ſuccumbat in petitorio; & momento apud eũ poſſeßio non remaneat, ut not.in.l.momentaneæ.C.ſi de mo.po.fue.ap.& declarat* Ias.*in addi.* Por. *Inſti.de autho.tut.in prin.in. v.col.* Ad *idem, Sacerdos, aptitudine curam animarum habens admitti poteſt ad confeßiones audiendas, quemadmodum inquit Sicul.in rub.C.qui admit.num. xi.ad fi.* Ad *idem, annexio ordinis ſufficit, reſpectu aptitudinis, dum modo ætatem habeat quis tempore promotionis, & faciat ſe promoueri etiam tempore debito; ſi autem reſpectu actus, ſecus.& declarat* Abb.*in.c. cum in cunctis. in.§.inferiora.in pe.col.de electio.* Ad *idem, legitima, eſt ſucceßio particularis, et tamen in ea habet locum ius accreſcendi, quia aptitudine ſaltem, eſt uniuerſalis cum poßit ad ſe attrahere totam hæreditatem .l.unica, & ibi* Ro.*in.xxij.col.C. quando non petent.par.* Ad *idem actiones ciuiles ſunt perpetuæ, ideſt aptæ ad uiuendum perpetuò, ſi materia, ex qua oriuntur durat perpetuò. exemplum in rei uendicatione, quæ competit, quia* Do*minus; ſed ſi dominium præſcribitur triennio, peribit rei uendicatio, ſecundum* Bar.*in.l.certi condictio.num. xi.ff.ſi cer.peta.* Ad *idem, conſequentia bona eſt, ſi dicatur,* Titius *comedit, licet actu non comedat, quia aptitudine comedere poteſt; & ſermo uerificabitur, ut inquit*

Abb.in.c.maiores in fi.prin.de bap:is. Ad idem, actu, ſi ſcus poteſt eſſe non ſoluendo, ſed aptitudine nunq̃, quia tunc attenderetur, Bal.teſte in rub.C.de iu.fi.in.ij.col. Ad idem, licet lex actu poßit non continere ſeueriorem ultionem, aptitudine tamen ſemper continet; & ex hoc ſaluatur meri imperij diffinitio Bar.in.l. Imperium.ff. de iuriſd.om.Iudi.ut ibi per Cur.in.xi.col.& facit tex. in.§.his autem.Inſti.de lege Aquil. Ad idem, actiones præiudiciales quoq; dicuntur, etiam ſi non moueatur quæſtio, cui præiudicent, quia aptitudo inſpicitur, ut Auguſtus, qui talis dictus eſt, eſto q̃ Imperium non ſemper augeat.§.præiudiciales.Inſti.de actio.& eſt argu. in.l.i.in prin.ff.de aqua quot.& æſti. Ad idem, ut impediatur cumulatio, oportet q̃ abſolutoria in una actione, pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, uel q̃ poßibile ſit q̃ pariat, ita Bar.in.l. ædita.in.vij.col.C.de æden. Ad idem, dominium in dubio non transfertur, & tamen poßibile eſt q̃ transferatur, ut in depoſito, quum primum eius terminos excedimus.l.die ſpõſaliorum.§. i.l.Lucius.ff.depo.ita ut aptitudo tunc, ſicuti & alijs caſibus, inſpiciatur. Et ideo Philoſophus inquit, hominem riſibilem, idq; eius proprium eſſe, tam & ſi actu ſemper non rideat, quia aptus eſt ridere. Et not.glo.in d.§.his uerbis.Inſti.de lege Aquil. Et Dialectici, ad idẽ ſatis eſſe, q̃ in diffinitione, uerba potentiam ſignificent, ſeu aptitudinem; puta, homo eſt qui loquitur, ideſt qui loqui poteſt. Ad idem, quia petitio hæreditatis, aptitudine, eſt uniuerſalis, pluries intentari poteſt, ad differen=

tiam famil.hercis. quæ nedum aptitudine, uerum etiam actu, huiuſmodi eſt.l.regulariter.l.licet. ff.de peti. hæ re. declarat Salice.in.l.i.in prin.C.famil.hercis. Ad idẽ actio, quæ aptitudine pœnalis eſt, ad hæredes non tranſit, d.§.his uerbis. Inſti.de lege Aquil. Ad idem Matthæi authoritas.c.xviij. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.ad aptitudinẽ referri debet, quia paruuli credere non poſſunt; ſicuti & alia multa, ut in præallega.c.maiores.in.§.cæterum.de baptis. Et eſt ſimile in.l.iuſtitia, ff.de iuſti.& iu.& in.c.i.xxvij.q.ij & ut latius per glo.in d.§.cæterum. Ad idem, ſatis eſt, q̃ ſtatutum loquens de liberis, in lucro dotis poſſit aptitudine uerificari.l.precibus.in glo.magna, ad fi.C. de impube, quam celebrat Ias.in.l.ſi donaturus. in fi.ff. de condic.ob cau. Ad idem, qui uxores non habent; quia tamen habere poſſunt, filios adoptare non prohibentur l.& qui uxores.ff.de adop. Ad idem inquit glo. etiam alibi. Inſti.de re.diui.in prin.q̃ ea quæ aptitudine in patrimonio noſtro eſſe poſſunt, inſpiciuntur, & ſunt quàm maxime conſyderãda. Imò quòd de aptitudine diſponit lex, ubi aliàs Iudex diſputat ueritatem.l. Arethuſa. ff.de ſta.ho.tradit Bal.in.l.i.in.i.col.in fi.ff.de teſta. Ad idem, aqua quotidiana dicitur, & ſi non fluat continuò, quia apta tamen eſt fluere.l.i. in prin.citata ẽt ſupra in argu.ff.de aqua plu.ar.l.foramen. ff.de ſerui. uerba. prædio. Et in ſimili, in iure eligendi, inquit Abb.in.c. cum eccleſia Sutrina.in.ix.col.de cauſa po.& pro.ſufficere ſcilicet, q̃ aptitudine cauſam habeat continuam. Et

Bal.met,in eccleſia curata,quo ad quartæ conſequutionem, in.l.ſi quis ad declinandam. in.xiij.col.in fi.C.de Epiſco. & cle.& mille breuiter ſunt huiuſmodi, quæ aliter referre non curo, ratus longe melius eſſe, pauca idonee efundere,quàm multis inutilibus homines prægrauare,uulga.l.ij.§. contrarium.C.de uete.iure enuclean.

OBSERVATIO. XIIII.

De appellationibus.

Quid ſit appellatio, quotuplex; unde dicatur; quo iure inuenta fuerit;effectus;et ſimilia,non declaro; quia ad ſummiſtas recurrendum eſt,Sed conſilij mei rationem ſequutus,aliqua tantum ponam,quæ generi huic propoſito, & lectori,delectum deſideranti, ſatisfaciant; neceſſaria tamen,& quæ magis ad rem facere uideantur. Appellatio igitur deuoluit cauſam ad Iudicem ſuperiorem,taliter,ut poſſit ſententiam primi reformare.l.i.& toto tit.ff.de ap. Adde tu, ꝙ idem eſt in nullitate; ſecundum Bar.in.l.ſi ut proponis.i.in.ij.col.C. quomo. et quan.iud.quæ etiam large appellatio dici poteſt,c.dilecto,ubi quoq; Abb.pa.extra de ap.Et dic,ꝙ ſi à ſententia non appelletur,ille contra quem lata eſt, conſentire uidetur,quodq; conſenſus iſte tollit naturalem obligationem, & ſententia ipſa tranſit in rem iudicatam c. quod ad conſultationem.de re iudi.l.Iulianus.ff.de condic.indeb.tradit idem Bar.in.l.ij.in.ij.col.ff.de iure iu.& ut

latius

latius dixi ego,in.l.iiij.in collecta.C.quod met.cau. Appellatio etiam auxilium commune uocatur,in.l.cum minor.in.§.i.ubi Bar.ff.rem rat.hab.l.i.ff.à quib.ap.non licet.& ſpecies exceptionis.l.non diſtinguemus.§.cum quidam.ff.de arbit.& fuit uerbum Bal.in.l.cum filius in.§.uarijs.ff.de lega.ij.uel tene,q; non actio ſit, neque exceptio,ſed quoddam ius defenſionis,ut per Bar.in.l. ſi expreſſim.in.iij.col.ff.de ap.Qui Bal.dixit etiam, q; reſtitutioni æquiparatur,quodq; litis conteſtatio neutro caſu requiritur,in.l.i.in.§.eum qui.in.i.col.ff.de poſtu.Et alibi in.l.qui proprio.in.§.item quæritur.in.iij. col.ff.de procu.q; non eſt eadem cauſa cum prima, quantum ad Iudicem,iudicium,& inſtantiam, ſed quantum ad intentatam actionem,& bene.l.Titianum.ff.quod cũ eo.l.Beblius Marcellus.ff.de pac.dota.& latius in.l.inuitus,in ulti.col.C.de procu.probat diuerſitatem in perſona Iudicis,tribunalis;ordinis iudiciarij;temporis, inſtantiæ;& litis.Et alibi in.l.qui à latronibus.in.§.i.in prin.ff.de teſta.q; ſuſpendit pronunciatum,& inhabilitatem inflictam ex ſententia.Et idem in.l.furti,in.§.i. ff.de his qui not.infa.& in.l.i.in fi.ff.ad turpil.& in. l.fi.in.§.eandem.C.de fi.inſtru.in tantum, ut ſi ſecundo appelletur,appellatio non releuet,quia ſemel ſuſpenſum aliter ſuſpendi non debet, ſecundum Bar.in.l.cum procurator.in.§.i.in.i.col.ff.de no.op.nun.quem tamen reprehendit Bal.in c.i.in.§.ſancimus.in.i.col. pariter, quo temp.mil.inueſti.pe.deb.in uſib.feu.& rurſum bene.l.Valerianus.ff.de præto.ſti.l.ſed ſi

manente.ff.de preca. Et licet aliqui dicant, extingui potius, non eſt uerum, niſi inſpecto ſtatu præſenti, alias ſuſpendit, ut dictum eſt. ita Alex. in.l.i.in prin.ff. de re iud. Et in. l. ſi cauſa cognita. in prin. C. de tranſac. & ad propoſitum limita in ſentẽtijs cenſuræ ſtatim ſecum exequutionem trahentibus.c. Paſtoralis. §.i.de ap.c.is cui.de ſent.excom.in.vi.nec poteſt negari. Sed ſublimita tamen, ſuſpendi ſaltem præſumptionem ipſius, reſpectu proceſsus, & iuſtitiæ, ut late dixi in c. quoniam contra.in glo.fi.de proba. Et forte, pro limitatione adhuc ſupradictorum, q̃ pronunciatum ſuſpendat regulariter, poſset dici in hoc, à reſtitutione differre, quæ hoc ipſum non facit.l.illud.& ibi Bar.ff.de ap.qui aliam differentiam quoque adducit, in.l.ſi qui.in.§.fi. ff.eo. Appellatio etiam ſuſpendit effectum ſtatuti, quia ſi fiat contra certam perſonam, interponi poteſt.l.i.§. ſolent.ff.quando ap.ſit.l.i.C.de cen.l.qui grauatos.eo. titu.lib.xi. Et ad materiam, inquit idem Bar.in.l.cum apud.in.ij.col.ff.iudi.ſol.q̃ in cauſa appellationis, actio oritur ex ſententia condemnatoria, nõ ex prima, quamuis confirmata. Et alibi in.l.creditor. in prin.ff.de ap. q̃ eſt actus iudiciarius, ex quo à ſeruo interponi non poteſt; qui nec legitimam perſonam habet ſtandi in iudicio.l.ſeruus.C.de iudi.improprie tamẽ, ſecundum Bar. in d.loco. Et q̃ non ſit proprie actus iudiciarius, patet, quia nullus actus Iudicis requiritur, poteſtq́; fieri die feriata, ut idem teſtatur in.l. ſi expreſſim.in.iiij.col.ff.de ap. Et q̃ appellatio ſuſpendat pronunciatum, probatur

nouiſſimè, quia ea pendente, banniti non poſſunt occidi. l.i.ff.nil no.ap.pen.quam ad idem ponderat Bal.in.l. qui à latronibus.in.§.i.allega. etiam ſupra, in.ii.col.ff. de teſta. Imò q; mortuus dicto tẽpore, æquiparatur mortuo in prima cauſa, niſi bona expreſſe & principaliter per ſententiam fuiſſent adempta; quia tunc neceſſe eſt propter bona, appellationem proſequi, ut idem inquit in d.loco, in prin. & ſi deſeratur, perinde eſt, ac ſi nunquã appellatum fuiſſet, Alex. teſte, in.l.ſciendum.in.§.ſi fundum.in.ii.col.ff.qui ſatiſda.cogan. ſi pendeat appellatio ab interloquutoria, non poteſt quoque procedi in cauſa principali. d.l.i.nil no.ap.pen.quod tamen declarauerum, ſi talis ſit, ut præiudicium faciat negotio principali, alias ſecus.l.intra utile.ff.de mino.l.generaliter. §. ſi Iudex.C.de reb.cre. c. eum qui, de dolo & con.in vi. & latè diſputat idem Bal.in. l.arbitro.in.i.lectu. in ii.col.ff.qui ſatiſda.co. & intellige in caſu, quando ab ea appellatur; quia regulariter prohibita eſt, niſi exequutionem mereatur, uel quando ſecum exequutionem trahit, uel quando non poteſt grauamen reparari aliter, quàm per appellationem, & alijs modis, de quibus in dicto loco. Et de iure Ciuili; quoniam canones ipſam permittunt paſſim.c.ſuper eo.ij.de ap. Appellatio etiam ab interloquutoria, poteſt ex noua allegatione, ſiue probatione, iuſtificari, l.ait Prætor.§.permittitur.ff.de mino.c.ex parte ni.de ap. & in præallega.l.arbitro, not. & ad ipſius pendentiam redeuntes, ſciendum eſt hoc loco quoque nec prætermittendum, ſicuti appellatione pendente ni-

hil innouatur, ꝙ nec poteſt innouari quid pendente tempore, intra quod appellari poteſt; & de quo in authen. hodie. C. de ap. quod declara uerum hominis facto, aliter autem ſic. & ubi tale quid eſt, quod poterat nouari pendente prima inſtantia. Et plus, ꝙ propter dolum appellantis, uel æquitatem ſuperuenientis caſus, hoc idem quoq; fieri poteſt. Et ad propoſitum, ſi innouetur quid contra regulam, reuocatur; non ui primæ ſententiæ, aut ſecundæ, ſed per uiam attentatorum; diſtinguendo tamen, ſi attentatum ſit à iure, uel ab homine. & ut latius idem Bal. declarat, ubi alia etiam longe plura in materia, in. l. furti. in. §. i. in. i. lectu. in. iij. col. ff. de his qui not. infa. Adde etiam, ꝙ recurſus ad ſuperiorem, loco appellationis habetur, quodq; iuriſdictionem ſuſpendit, ut appellatio, & quantum ad hoc, idem facit recuſatio relatio, reſtitutio, & commiſſio deniq; cauſæ appellationis; quæ de iure non tenebat, ſi ex certa ſcientia fiat à Papa, ut idem Bal. teſtatus eſt, in c. i. in. §. ſancimus. in. i. col. quo temp. mil. in uſib. feu. citatus ſupra; licet ad aliud. Qui inquit etiam ibidem, ꝙ queruloſa uox, pro appellatione habetur, ſicuti alibi pro libello, quamuis nõ ſufficiat dicere ſententiam iniquam, niſi appelletur. Et ibidem adhuc, ꝙ ſi appellans eſt perſona ſuſpecta, non habebit locum titulus, nil no. ap. pen. Et ſimiliter ſi expreſſe fuerit iuri contraria. Et alibi, in c. fi. in. ij. col. de ap. ꝙ qui non propria uoluntate facit contra appellationem ſed compulſus, non uidetur eidem renunciare. Et alibi in l. diximus. in prin. ff. de excu. tu. ꝙ allegans ſententiam

pro ſe, non renunciat appellationi, ex quo allegat latam, ſed non bene latam; & eſt dictum egregium. egregium q; quod alibi, in .l. ſcire oportet. in prin. ff. eo. tradit, q̃ à datione legis, non appellatur, nec à datione tutelæ, hac ratione, ſi tutores legitimi fuerint; Imò nec à teſtamentaria, uel datiua; quia ſicuti in legitima, grauamen eſt legis, à quo non appellatur; ita eſt hominis priuati, in teſtamentaria, & in datiua ſententia, quæ non eſt competens iure magiſtratus, & ut per eum latius in d. loco. Non appellatur quoque in cauſa momentaneæ poſseſsionis, ſi de ipſa iudicetur; aliàs autem ſic, ſi aliquis condemnetur ad intereſſe, ratione poſſeſsionis non reſtitutæ uel turbatæ. Et idem in actione ad exhibendum. l. creditor. §. iußus. & ibi Bar. in fi. ff. de ap. Si clauſula quoq; imponatur ab hoĩe, non dicitur quis grauari; & minus ſi à iure ſubintelligatur, & ideo nec his caſibus appellari poterit, quoniam appellatio grauamen præſupponit, ut in tutelæ datione, ita Bal. in d. l. ſcire oportet. in prin. Et multo minus ab exequutione, ſi mera ſit, pura & liquida; aliàs ſic. Et intellige etiam non appellari propter ſententiæ iniquitatem, ſed propter iniquitatem ipſius exequutionis, ſic. l. ab exequutione. C. quo. ap. nõ re. declarat idem Bal. in l. ſi cum exceptione. in §. hæc autem actio. in .i. col. ff. quod met. cau. Sed dubito, quare eſt, q̃ à datione tutelæ non poteſt appellari ut ſupra, & tamen alias ab officio publico authoritate & utilitate, ſic. l. ciues. l. hi q. C. de ap. Sol. quia primum grauamẽ reparari poteſt excuſatione; ſecundum nõ, niſi appellatio-

ne. Ita Bal. met in d.l. ſcire oportet. in prin. Dubito ruſ ſum, quare eſt, ꝙ in appellatione ab interloquutoria, cauſa inſeri debet, quod tamen non eſt regulare. l. ait Prætor. ff. de mino. l. arbitro. ff. qui ſatiſda. co. l. ij. ff. de ap. re. quod ex eo apparet etiam, quia ita demum appellatur, ſi contra legem pronunciatum ſit. Sol. facilis eſt, ſecundum Bar. in d. l. ait Prætor. in prin. in. ij. col. ſi dixerimus, non alia ratione à lege inductum fuiſſe, niſi ut appareret ab iniuria appellatum. Et clare legitur in c. cordi. de ap. in. vi. Vltimò dubito, quare eſt, ſi ſententia contineat expreſſam ademptionem bonorum, ꝙ hæres debet appellare; aliàs, quo ad ipſa bona, ſententia tranſit in rem iudicatam. l. fi. & ibi Iaco. de ra. & Cy. C. ſi reus uel ac. Soluit Bal. in. l. qui à latronibus. in. §. i. in prin. allega. etiam ſupra ad aliud tamen. ff. de teſta. ꝙ hoc ideo ſit, quia appellatio in potentia hoc caſu non debet plus operari, quam appellatio in actu. Et cum his finio, quamuis alia etiam, & multo plura quidem, ſcribi potuiſſent.

Additio.

Vltra ſupra dicta, aliqua etiam addenda ſunt nouiſſime non negligenda, & præcipue in materia, ꝙ appellatio àdeo hominibus eſt neceſſaria, ut per ſtatutum tolli non poſſit, ſecundùm Bal. in. l. fi. in fi. col. C. de ſen. & in. om. Iudi. & ſi tollat eo caſu, quo tollere poteſt, tunc non tollitur propterea exceptio doli, tam & ſi uim appellationis habeat, ut idem dicit in rub. C. de ap. Et in

d.l.fi.rationem reddit, quare eſt q. facilius remouetur recuſatio, q̄ appellatio; ſubiiciens, hoc eſſe, quia tunc de modico agitur præiudicio; et ſi eadē eſſet ratio in appellatione, idē ius ſtatuendū foret abſq; dubio; puta, ſi ab interlocutoria interponatur, q̄ de facili reuocatur. l. intra utile. ff. de mino. Et *alibi, in. l. ad ſolutionē. in prin. p illū tex. C. de re iudi. q. qui petit dilationem ad ſoluendum, ſententiæ conſentit, & appellare non poteſt.* Et *alibi, in. l. appellatione. in. iii. col. C. de ap. quòd deliberatio triplex eſt, Vna partis, an appellet:* Alia Iudicis *à quo, an appellationi deferat: Vltima uero iudicis ad quem, an appellationem admittat.* Et *alibi, in rub. de ap. in. ii. quòd appellatio eſt quadruplex; Vna ante iudicialis;* Alia *iudicialis;* Alia *poſt iudicialis:* Quarta *& ultima extra iudicialis.* Et *alibi, in. l. eos. in. ii. pariter, poſt* Bar. *C. eo. quòd omnis appellatio eſt mixti imperii. & idem in. l. cum poſt. eo. titu. & in. l. fi. in. §. fi. in fi. C. de tempo. ap.* Et *ex hoc inferri poteſt, quòd hac ratione, populis, ſup ea ſtatuere, pmiſſum non eſt, ut ſupra; traditq;* Bal. *in d. locis.* Et *mirabile uidetur, q. huiuſmodi ſit, & tamen poßit delegari; forte ex qualitate primæ litis, quod & in d. l. eos, ipſe met notat.* A*ſignauimus etiam ſupra differentiam inter appellationem, & reſtitutionem. adde nouißimè, etiam differre, quia illa principalis eſt; iſta autem non; ſed incidens quoddam. l. pe. ff. iud. ſol. c. ſuſcitata. de reſti. in integ.* Declarat idem Bal. *in d. l. eos. in prin. in. iiii. col.* Sed *quid eſt dictum, ut in actib.* A*poſtolorum,* A*ppellans ad Cæſarem ibis?* Reſpondet Bal. *in*

d.l.eos.in.§.ſuper his.per illum tex.in prin.quòd eſt remißio,quæ fit cum actis ad Iudicem appellationis. Qui dicit etiam in authen.hodie.in prin.C: eo. quòd appellare,factum eſt poteſtatiuum,quod incipit ab hora ſcientiæ,& reiterabile;taliter ut exceptio non aptè propoſita ſit,ſi appellanti opponatur, quòd appellauit poſt decem dies;quia non ſequitur;ergo non ante.c.Romana.de ap.in.vi.Igitur neceße eſt, quòd excipiatur negatiuè,nō appellaſti intra decem dies, quia nec ei propter hoc incumbet probatio.l.eum actum.ff.de nego.geſt. Apoſtoli etiam ſunt pars appellationis, ita ut ea ſolemnitate peti debeant,qua eſt appellandum.c.ab eo.de ap.in.vi. idē Bal.declarat in d.authē.hodie.in.§. Apoſtolos.in prin. C.eo.Qui adhuc dicit alibi,& ſcitu quoque dignum eſt, in.l.ſi actor.in prin.C. eo. quòd cauſa principalis, eſt mater;cauſa uero appellationis,filia; & bene, quia naſcitur ex ipſa,ut idem inquit in.l.i.in fi.C.ſi de mo. po. fue.ap.Subiiciēs,q̃ imò potius eſt æmula,et aduerſaria; ac contra uenenū primi Iudicis thyriaca. Et quia de interloquutoria mentionē fecimus ſupra,dicit alibi idem, q̃ appellatio ab ea dicitur quaſi extraordinaria,in.l.per hanc.in ulti.col.C.de tempo.ap. Et alibi denique,q̃ regulariter habet plures partes,ſicuti p ſimilitudinē, uia longa,quæ habet principium,medium,& finem. Et primo,ut appelletur intra decem dies.Secundò, ut petantur Apoſtoli & literæ dimißoriæ,intra.xxx.Tertio ut appellans compareat intra terminum, à Iudice à quo, ſtatutum,coram Iudice ad quem, cum Apoſtolis. Quartò

ut offeratur libellus coram eo. Quintò ut proſequatur eam. Sextò & ultimò, ut inde feratur ſententia diffinitiua, in l. fi. in. i. & .ii. col. C. de temp. ap. Sed an poßit coram Iudice ad quem fieri exequutio? Idem Bal. in d. l. per hanc. in ulti. col. C. de temp. ap. concludit, quod non, & bene; quia ſuper hoc non eſt ſibi data iuriſdictio. Dubitaui etiam ſupra, an ſit actus iudiciarius; adde nouißime eundem Bal. dicentem, quod non, in rub. C. quo. ap. non reci. Non poteſt etiam appellare criminoſus manifeſtus, maxime de iure canonico, eodem Bal. teſte, in l. obſeruare. in. ii. col. C. eo. Nec etiam Dominus, ſi procurator malicioſe appellationem omiſißet, præſertim quando eſt ſoluendo ut in. l. ab eo. & ibi idem Bal. in. ii. col. C. quomo. & quan. iud. Et dum dixi rurſum ſupra, quòd non debet plus operari appellatio in potentia, quàm in actu, cogitа; an dubium hoc ſit nouißimè, per tex. in c. non ſolum. de ap. in. vi. & in c. maiores. de baptiſ. & ſenſit Ancha. in conſi. clix. incip. rationes. in. ii. col. Et hæc, quæ non minus pulchra tibi eſſe uidebuntur, haud ignorabis.

OBSERVATIO XV.

De Auaritia.

Auaritia, maximum malum eſt, pecuniæque ſtudium habens, quam nemo ſapiens concupiuit, & quaſi uenenis malis imbuta, corpus, animumque uirile effœminat; ſemper infinita, & inſatiabilis; ita ut neque co=

pia,neque inopia,minuatur . quam alibi taxat Iuriſcon: in Præſide, ſi mulctam, ex cauſa neceßitatis remißam ſemel,repetierit, in.l.illicitas.in.§.fi.ff.de offi. Præſi.et Dardanariorum in.l.annonam. ff. de extraordi. cri. ac Dominorum Bal.alibi,in.l.i.in prin.C.de ope.lib. pecuniam petentium in manumißione ſeruorum, operum loco;ſubijciens ea de re ius patronatum perdere. Ex cuius cæcitate conantur homines, uarijs, exquiſitisq; fraudibus,attentare ea,quæ ſunt ipſis prohibita.c. auaritia.de elec.in.vi.Ita ut non ab re ſit,ſi ſeptem modis,legi fraus fiat,de re ad rem;de perſona ad perſonam; de contractu ad contractum;de modo ad modum;de nomine ad nomẽ; de tempore ad tempus;& de quantitate denique ad quãtitatem,& ut latius declarat Ancha.in repe. c.i.in. lv. & lvi.col. de conſt. in. vi. & non immerito idolorum ſeruitus quoque appellata eſt, atque omnium malorum radix. §.quanta.in authen.ut iud.ſi quoquo ſuf.l.ſi quenquam.C.de epiſ.& cle.c.cum omnis.i.q.i.ca.pauper.xi. q.iiij.& habetur ad Coloßen.c.iij.& hinc eſt ꝙ electio per pecuniam facta,ſymoniaca redditur, & non ualet, ſecundum Bal.in l.Barbarius.in.i.lectu.in.xi. col.ff.de offi.Præto.& maximè quando non priuatorum,ſed Iudicum, inhæret animis,ut in locis ſupra allega. Deteſtabilior in perſonis dignitatem habentibus; & in mercatoribus longè magis.l.eos.§.i.& ibi Salice.in.i.col.C. de uſu.contra naturam etiam, quæ paucis,minimisq; cõtenta eſt;& monſtro amplius ſimilis,ſi in ſene eſſe reperiatur, ꝙ quominus uiæ ſibi reſtat,eo plus uiatici quæ=

rere ſtudet; adeo ut nihil poßit eße abſurdius. Imò q̃, à uiris ſapientibus diuitiæ ſperni debẽt, quæ auaritia marceſcunt, & liberalitate perduntur. Punitur etiam auaritia in caſu. l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſta. & . l. i. C. de plus pet. & in ſimili, in. l. ubi pactum. C. de tranſac. ſecundum unum intellectum, ubi actio ſemel extincta per ſtipulationẽ Aquilianã, ſuſcitatur in odiũ rei auari, petẽtis data prætextu trãſactionis; et exigẽtis pœnã etiã, de quâ ibi, ac exceptionẽ tranſactionis obijciẽtis. Qua præfiugratur quoq;, nos in infernũ detrudi poſſe, quũ Æneas (hiſtoria nota eſt) ad tartara deſcendens, aureũ ſecum ramum attuliſſet. Auroq; bonorum, ac malorum hominum mens comprobatur, cuiuſmodi ſit, ut lapidei s cotibus aurum ipſum, quod non ſolum examinatur, ſed etiã ſui dat apertißimum documentum. Et hinc eſt q̃, Poſthumius Imperator, quia negabat quas promiſerat prædas; facta in caſtris ſeditione, ab exercitu lapidatus eſt. Quodq; Dijs & hominibus conſulis Craßi cupiditas, Particho inhiantis auro, aduerſa fuit. Taxata etiam in Parmenione, ab Alexãdro, quia nimis liberè ei loquutus fuerat, ut cum Dario Perſarum Rege pacẽ iniret. Auaritia ſanctißimo amicitiarũ fœderi non parcit, Nã L. Septimuleius, C. Gracchi amicißimus & familiaris, qu ia Tribunus plebis is erat, & ſeditioſus, ab Opimio tamen conſule oppreßus, qui auro eius caput repenſurum edixerat; illud abſcidit, & per urbem, pilo fixum ferre ſuſtinuit. Non iuſtitiæ, quia nunquam Nero Cæſar magiſtratus delegauit, quin eiſdẽ diceret, (adeo perditæ aua-

ritiæ fuit)Scis enim amice quid mihi opus ſit.ita ut illis poſtea impoßibile uideertur,eã auro non uendere. Non *denique mortuorum loculis, nam* Semiramis Regina *Aßyriorum,quum in ſepulchro, quod ſibi uiuens fecerat,huiuſmodi literas inſcripſißet,Si* Regum *pecunijs tibi opus fuerit,ſumito hinc, quotquot uolueris tibi. quibus* Darius *Perſarum* Rex,*cuius ad aliud, etiam paulò ante,mentio facta fuit,deluſus;quum ſepulcrum aperuiſſet,non pecunias inuenit,ſed in alias incidit literas, dicẽtes,*Ni*ſi malus,& pecuniarum inexplebilis fuiſſes, mortuorum loculos nunq̃ mouiſſes.*Et ideo in Symone mago A*poſtolus emptionem ſpiritus ſancti non exhorruit; quam bene nouerat fieri haud poſſe; quoniam ſcriptum eſt, ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum,ſed ambitionem quæſtus talis,& auaritiam (ut diximus) idolorum ſeruitutem. igitur eum maledictionis iaculo percuſſit.c.ſaluator.§.igitur.i.q.iij.* A*uarus elementa concutit;mare ſulcat,terrã effodit;et cœlum denique uotis fatigat.non ſimplex uerbum, ſed uinctum atque copulatum,quaſi æris auidus, in cuius animo allatrat* Cerberus *triceps;furiæ infernales ſæuiunt;Siſyphus ſaxo laxatur;aliaq; monſtra graſſantur.*Probro *etiam datũ eſt* Domitiano,*q̧ à* Iud*æis ſtipendia exegerit.* V*eſpeſiano, q̧ abſolutiones reorum uenditauerit, quodq; ex urina uectigal collegerit.* Et *q̧ denique* Polymneſtor, *pupillo, Priami filio non pepercerit, cuius hiſtoria notißima eſt.* Vnde *etiam poeta,*

Auro pulſa fides eſt;auro uenalia iura,

Aurum lex ſequitur;mox ſine lege pudor.
Torrida ſacrilegum teſtantur limina Brennum,
Dum petit intonſi pythia regna Dei.
At mons laurigero concuſſus uertice,duras
Gallica parnaſi ſparſit in arma niues.
Et ſcelus accepto Thracis Polymneſtoris auro,
Nutrix in hoſpitio non Polydore pio.
Tu quoque ut auratos gereres Eryphila lacertos,
Dilapſis nunquam eſt amphiaraus equis.

Auaritiã ergo deteſtati, tanquam ſcelerum omnium matrẽ, et malum longe cæteris deteſtabilius,à quo reliqua omnia pendẽt; ac lucrum inſatiabile,imò turpe,et dedecoroſum fugiamus,alia deſiderantes quàm maxime,quæ longe utilia,honeſta,& laude digna, eſſe uideantur.

OBSERVATIO XVI.

De Alimentis.

Quia alimenta ualde fauorabilia ſunt, non nulla ipſorum fauorem concernentia, nunc quoque diſcurremus,quæ lectori prodeſſe poßint; & maxime cum emergant in materia q.q.cotidie,his obſeruationibus decidendæ;quæ & ſi habeantur alibi, non tamen hoc ordine, nec omnia ita congeſta ibi,ut hic leguntur. Inter cætera igitur,quibus eiſdem fauendum eſt,dicimus hæc potißima fore,quoniam regulare eſt neminem condicere poſſe rem ſuam,præterquam à fure.l.ſcire debemus.§.ſi à fu=

re.ff.de uerbo.obliga.l.certi condictio.in prin.ff.ſi cer. peta.§.ſic.itaque.Inſti.de actio.& tamen alimentorum fauore ſecus eſt.l.i.ubi Bar.C.de do. quæ ſub mo. Ad idem,quælibet cauſa,dummodo non ſit meri, uel mixti imperij,delegabilis eſt.l.ea quæ.ff.ad municip.l.i.uerſi. quæ uero.ff.de offi.eius.l.à Iudice.C.de Iudi.& tamen in alimentis ſecus.l. cum hi.§.ſed nec mandante. ff.de tranſac.multa in d.l.i.Ad idem ſeruus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.l.ſeruus.C.de iudi.l. quod attinet.ff.de regu.iur.l.i.ff.de iu.delib.& tamen fauore alimentorum, ſecus.l.ſeruos.ff.de ali.& cib.lega.licet aliqui dixerint,q̧ imò non agit ibi,ſed Iudicis officium implorat;diſputatum aliàs in.l.i.in.glo.ignorante.C.qui admit.Ad idem,relicta capiuntur de manu hæredis,qui non tenetur ea portare ad domum legatarij.l.i.ff.quo,lega.& tamen in relictis alimentorum ſecus eſt,etiã ſi hæres & legatarius,ſiue alimentarius ſint diuerſorem domiciliorum.l.cum hi.§.qui tranſigit. & ibi Bal.in.ij.lectu.ff.de tranſac.Ad idem,hæreditate non adita,relicta haud debentur,præallega.l.i.& tamen in alimentis ſecus, quia dilationem non patiuntur temporis,ut ex multis probat idem Bal.in d.l.cum hi. in.iij. lectu.in prin.ff.eo.Ad idem,appellatio regulariter permiſſa eſt in quocunq; caſu.l.i.ff.de ap.l.iij.§.i.ff. rem rat.hab.l.i.ff.à quib.ap.non li.bo.glo.in l. qui reſtituere.ff.de rei uendi. quam commendat Bal.in.l.i.in. ij.col.C.ſi de mo.po.fue.ap.& tamen in alimentis non appellatur,& ſi appellatur,interim præſtanda ſunt .l.

ſi Iudex.& ibi not.ff.de his qui ſunt ſui uel alie iu.& in ſpecie tradit idem Bal.in.l.ſi inſtituta.in.§.ſi.in.i.lec. ff.de inoffi.teſta. Ad idem, legatum incertum non ualet. l.cum incertus.ff.de lega.i.& tamen ſecus eſt, ſi ſit alimentorum.l.ſi cui.ff.de.an.lega. Ad idem, filius contra patrem non agit.l.lis nulla.ff.de iudi.& tamen hoc caſu ſecus eſt, ut in.d.l.lis nulla, not. Ad idē quis ex pluribus præſtationibus in futurum non obligatur.l.ſi certis annis.C.de pact.l.cum de in rem uerſo.ff.de uſu.& tamen in alimentis, ſecus.l.i.C.de.fideicom. Ad idem, damnatus ad perpetuas carceres, & mortuus inteſtabilis eſt actiuè & paßiuè, nec ei ſibi aliquid relinqui poteſt; & tamen ualet relictum alimentorum, ipſiusq; capax eſt.l.legatum.ff.de capi.di.l.ſi uictum.ff.de re iud. ſenſit idem Bal.in.l.i.in prin.C.qui non po.ad lib.per. Ad idem, actio ex pacto nudo non oritur.l.iuris gentium.§. igitur cum nuda.ff.de pac.& tamen oritur in cauſa alimentorum; & in caſu, de quo per glo.in.§.in perſonam Inſti. de actio.ubi Ias. num. lxvii. Sed dubito poſt hæc, an alimentorum appellatione, ueniat domus, ueſtiarium, & calciarium. Idem Bal. in d.§. qui tranſigit, concludit, q; ſic; niſi diſtincto uocabulo relinquantur. Veniunt etiam mercedes magiſtrorum, ſi tamen debeãtur iure naturæ, alicui, non ſi ex teſtamento.l.qui filium & ibi idem Bal.ff.ubi pup. edu. de. Sed non medicinæ, nec ueſtes precioſæ, ut idem tenet in.l.ſi cum dotem. in §.ſi maritus.ff.ſol.mat.& in.l.in his.in.§.ſeruis.in.i. col.in fi.ff.eo. Dubito rurſum, an ſint de iure naturali.

& reſpondeo omiſsis multis, ꝙ ſic, ſed ꝙ ipſum ius natu‑rale, ſeu inſtinctus ipſe naturæ, reductus eſt ad neceſſi‑tatem iuris ciuilis. l. ſi quis à liberis. in prin. ff. de libe. agno. et ad plenum tradit Deci. in regu. iura ſanguinis. ff. de regu. iu. Item dubito, & ultimò; an qui alimenta præſtare tenetur alicui; teneatur etiam præſtare ea ſer‑uitoribus ſuis. Concludit Bar. ꝙ ſic, in. §. fi. in fi. in au‑then. de non eligen. ſecun. nub. Modo in materia, multa notanda ſunt; ꝙ alimentorum legatum perſonale eſt; quodq; perſonam non egreditur. l. iiij. ff. de ali. & cib. lega. l. cum hi. allega. etiam ſupra. §. modus. ff. de tran‑ſac. firmat Calde. in cons. iij. incip. teſtator. ad fi. de te‑ſta. & ideo ad hæredes non tranſmittitur. l. unica. §. ne autem. C. de cadu. tol. tradit idem Bal. in authen. cui re‑lictum. in fi. C. de indic. uidu. tol. Qui dicit etiam alibi, ꝙ filio, patre quoque uiuo, debentur; non autem alia por‑tio, quamuis in euangelio dicatur, Pater da mihi por‑tionem meam. in. l. quanuis. in. ij. col. C. de fideicom. & probatur in. l. cum oportet. in. §. cum autem. C. de bo‑nisq; lib. & in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanc. ec. Imò non ſolum ſibi, ſed filijs, & uxori. l. ſi quis à libe‑ris. §. non tantum. ff. de lib. agno. late Areti. in conſ. xvij. incip. conſydera. in. ix. col. Dixit etiam alibi, in. l. qui filium. ff. ubi pup. edu. deb. ꝙ alimenta ſorori præ‑ſtanda ſunt, non adhibita diſtinctione, an ex eodem pa‑tre nata ſit, nec ne; dummodo inopia laboret. Et alibi, in d. l. cum hi. in. iij. lectu. in prin. ff. de tranſac. ꝙ alimenta relinquere egentibus, pium eſt, & eleemoſyna, pro te‑

ſtatoris

ſtatoris relinquentis anima, dummodo nõ relinquantur pro incertis, & malè ablatis. Et alibi, in. l. i. in. §. ſed ſcimus. C. de lati. lib. tol. q. uaſallus tenetur alere Dominum, de bonis tamen feudalibus, nõ proprijs, ut ibidem. Et alibi. in. l. ij. in. §. fi. per illũ tex. ff. de ori. iu. & poſt eum Ro. in ſingu. ſuis. cxxxviij. incip. uolo. & ante eos Inno. in c. i. de magis. q. ſcolaris tenetur alere Doctorem & magiſtrum ſuum. Imò q. qui non paſcit fame morientem, necare dicitur. c. paſce. lxxxvi. diſt. l. necare. ff. de libe. agno. ergo multò magis aut filius patrem, aut pater filium; & aliũs alium, coniunctum ſibi ſanguine. c. non ſatis. & ſeq. eadem diſt. Et plus, q. ſemper in foro eccleſiæ contra diuitem agere poteſt, ut ipſum alat. c. ſicut hi. xlvij. diſt. & ſi non aluerit, ſibiq; eleemoſynam fecerit, peccat, et not. Inno. in c. ſignificantibus. de offi. del. But. & Abb. in c. licet ex ſuſcepto. de fo. compe. Rurſum inquit idẽ Bal. in. l. ſi. Dominus. in. ij. lectu. in. ij. col. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. q. denegatio cibi, uenit tormentorum appellatione. Et alibi in. l. ſi Iudex. in. i. lectu. in prin. ff. eo. q. cauſa alimentorum, eſt ſicuti cauſa poſſeſſionis, proprietati non derogantis. Et alibi, in. l. i. in i. lectu, in. ij. col. ff. de conſti. prin. ad propoſitum filiorum ut ſupra, in tantum eſſe uerum, eiſdem à patre alimenta denegari nõ poſſe, imò naturæ iure, eſſe ſibi adeo debita, ut nec Princeps poſſit diſponere, q. ad id non teneatur; quia ſic uelle uideretur, nolle naturæ legem, etiã in ſuis actibus locum habere, haud dicendum. clem. paſtoralis. de re iudi. Et alibi in d. l. ſi iudex. in. iij. lectu. in

prin.de his qui ſunt ſui uel alie.iu. q. neque filius paciſci poteſt de non petendis alimentis futuris. Si filia tamen eſſet meretrix(ut ibi ſubijcit)poſſent ſibi denegari à patre,quia ea de cauſa etiam poſſet exhæredari. Ex quo poteſt inferri,exhæredationem, & alimentorum priuationem,à pari procedere,quod etiam ex pluribus probat Deci.in regu.nuptias.in.iiij.col.ff.de reg.iu. Et alibi adhuc Bal.teſtatur,in.l. ſolent.in.§.fi.in prin.ff. de offi.procon.q. equi etiam ſunt pars alimentorum, in his,qui pedibus ire non poſſunt. Et alibi Alex.eſtq; quotidianum, in conſ. lxvij.incip. conſyderandum.in.i.col. in.iiij.uol.q. legatum alimentorum æſtimatur ex facultatibus, ſalua rerum ſubſtantia. & in.ij.q. reputatur magis tenue,quàm uſufructus. & æſtimationem intellige arbitrio Iudicis;taliter,ut nec oneroſus alimentarius nec delicatus hæres audiatur. & in d. loco not.imò q. etiam pupillo pro modo facultatum præſtanda ſunt.l. ſi intra.§. de inofficioſo.ff.de inoffi. teſta. & ſi plura alia in materia uidere cupias, uide per Bar.in.l.Mela. in fi.prin. ff.de ali.lega.

OBSERVATIO. XVII.

De Aduocato.

Aduocationis officium,dignitas eſt,& non parua quidē, idcirco ſub ſilentio præteriri non debet, eoq; magis,quia & nos quoque aliquando ipſum exer=

cuimus,imò exercemus in dies,ſaluti hominum conſulentes;modo otium,& occaſio,nobis data ſit,nec quotidiano interpretandi munere fungamur;unde bene alibi dicitur,in.l.aduocati.C.de aduo.di.iudi.q; his modis non minus humano generi prouidetur,quàm ſi prælijs, atq; uulneribus,patria,parenteſq; ſaluarentur. Et ad propoſitum,q; dignitas ſit,ex eo licet elicere,quia Iudæus, nec Doctor,nec Aduocatus eſſe poteſt,nec aliam habere dignitatem.l.fi.& ibi Bar.C.de poſtu.tradunt cano. in c.quanto.de magiſt. Qui Bar.dicit etiam alibi,in.l. ſancimus.C.de aduo.di.iudi.q; hac ratione, ad munera perſonalia haud coguntur,alias à procuratore non differrent,his priuilegijs minimè gaudente; ex quo è contra,eius officium uiliſsimum eſt,& tale quidem, ut nec infamis ab eo arceatur.l.i.ff.de his qui not. infa.l.i.ff. de procu. Declarat Bal.in.l.i.in.§.ait prætor.in.i.lectu.in prin.ff.de poſtu.Debent rurſum Aduocati eſſe immunes à collectis,quia peregrina negocia ad ſuas trahunt moleſtias,ut laboribus ſubueniant alienis; & duriorem uitam agant,quàm fratres prædicatores,ſecundum Caſsiodo.& Hoſtien.in proœ.Summæ,in.iiij.col. & probatur in c. ſit rector.xlvij. diſt. & experientia ipſa docet,magiſtra rerum efficax.c. quàm ſit.de elec. in.vi.cogita tamen quomodo hæc procedant, cum tex. contrarium habeamus in.l.ne quidquam.in.§. obſeruare.& ibi ſignanter Bal.ff.de offi.procon.q; imò dignitatem non habent,ex hoc ſolo; ſed eorum merum officiũ ſit ſine dignitate,niſi etiam eſſent Comites, & per an=

nos.xx.ac plus,legiſſent;quia tunc ſecus,dato q hoc ue= rum ſit.l.i.C. de profes.qui in urbe Conſtan.lib.x.Sed uerum non credo.quia tex.in.d.§.obſeruare,non eſt lo= quutus generaliter;at de his tantum, qui minus frequen tes ſunt;nec ea ratione eſſe uidentur in dignitate.& ideo notarij eſſe non poßunt,quia officium uile reputatur, l.hac parte.C.de proxi.ſac.ſcri.lib.xij.l. generali.C.de recu.ſentit idem Bal.in.l.Senatores.in.i.lectu.ff.de Se= nato.Et quum officium ſuum exercent,id fideliter face= re tenentur;nec prodere clientulum,quoniam tunc præ uaricatores dicerentur.l.i.C.de aduo.di.iudi.l.Athle= tas.§.calumniator.& ibi Bal.adhuc,in.ii.col.ff.de his qui not.infa.& plus,q ipſum chariorem habere debent quàm propinquos,quodq; eum tueri contra omnes obli gati ſunt,ut in.l.diem functo.poſt.Aul.Gel.inquit Ca= cialu.in.viii.q.ff.de offi.aßeßo.& eße in allegationibus breues,non autem uerboſi.l.ampliorem.§.in refutato= rijs.C.de iu.delib.l.i.ff.de origi.iu.aliàs poßet ſibi ſi= lentium imponi, ſecundum eundem Bal.in.l.proxime. in fi.ff.de his quæ in teſta.del. & etiam priuari offi= cio,ut uult glo.in.l.ex ea.ff.de poſtu.quam commendat Docto. in. l.i. ff. de offi.aſſeſſo.& eſt argu.in c.cum ſit.de æta.& quali.& in.l.ij.in.§.cōtrarium.C.de ue= te.iu.enu.aliquid Abb.pa.in proœ. Grego.in.ij.col.in prin.Sed quæro,quis incipere debeat. Sol. Aduocatus actoris,& non immerito.l.qui accuſare.C.de æden.l. actor quod aßeuerat.C.de proba.l.Neſennius. & ibi glo.ff.de nego.geſt.Item & ad idem,quid allegare de=

beat.Sol.rationes & leges,ſed rationes primum, poſtea leges.d.l.Neſennio.Vltimo quæro, an iurare debeant. Sol.debent u:iq; de calumnia,quum allegant, & aliàs manu tactis ſcripturis,q, non defendent cauſas iniuſtas. l.rem non nouam.& ibi not.C.de Iudi.Et ad propoſitum,ſciendum eſt, ipſum Sophiſtam eſſe non oportere, aut ſophiſticè loqui .l.debitor.§.ſi.& ibi Bal.ff.de lega.ij.nec aliquid petere, quoniam inhoneſtè id faceret, quamuis honeſtè accipiat,in præmium laborum ſuorum. l.i.§.proinde.§.de ua.& extraord.co.& q a inimicitiã contrahit.l.ſi pecuniam, ubi bona, & optima glo.ff.de condic.ob.cau.& ſic in hoc grauatus,in alio releuatus. l.cum qui.ff.de iure iu.& hinc eſt quòd propter affectionem,ſuſpectus redditur,in tantum ut eo remoto,Iudex iudicet,aliumq; in conſilium ſibi adhibeat.d.l.proxime.ff.de his quæ in teſta.delen.& dum mentionem allegationum fecimus;adde amplius,q, debet ſe Iudici beneuolum reddere.commendatione prudentiæ prius præmiſſa,ut docetur i l.ij.in.§.uerba itaque.ff.ad uelle.idq; in iure tantum ſibi permiſſum eſſe,& non in facto, niſi ſit miſerabilium perſonarum,de quibus in.l.i.C. quando imp.inter pup.& uid.ac ali.miſerab.per.l.magis puto.§.in primis.ff.de reb.eo.l.ſi defenſor.in prin.ff. de int.ac.Patrocinium quoque ſuſcipere cogitur, ad procuratoris,uel exequutoris differentiam.l.prouidendum. C.de poſtu.latè Deci.in.l. inuitus.ff.de regu.iu. Nec à pauperibus ſalarium accipere poteſt,ne cum paupertas afflictio ſit,addatur inde afflictio afflicto.l.diuus.ff.de

offi.præſi.& fuit eiuſdem Bal. *ratio, in.l.furioſi.*C.*de nup.ad fi.& ſi fuerit atrox crimen, ſecus, ideſt cogi nõ debet, ex quo horum latronum periculi, ſui neſcia feruet inſania, inquit tex.in.l.per omnes.*C.*de defen.ci.per quẽ ita etiam dixit* Bal.*in authen.ſed nouo iure.in ulti.col.* C.*de ſer.fugi.*Debet *rurſum, cautus eſſe, ut fortiora ſem per in fine reſeruet, quoniam his* Iudicem *facile in ſuam trahet ſententiam.c.* Raynaldus.§. *tutore. de teſta.c.ex ore.§.fi.in prin.de his quæ fi.à ma.par.cap.c. liquido. ubi bona & not. glo.de conſec.diſt.ij. breuitate tamen quadam, quæ laudem habeat, ut ſupra diximus, & quan tum ſit ſatis.*Et *nouiſſimè, ne loquacitate cauſas prolon gare potius uelle uideatur, & iuſtitiam extorquere, quæ iuſtitia tunc non eſſet; potius quàm petere.* Vnde *ſimiles, ſcitè admodum & conuenienter, ranis coaxantibus æquiparantur,* Exo.c.*viij.ibi,*Ecce *ego percutiam omnes terminos tuos, ranis.taxatq́; metaphorica locutione aliter,* Iuue.*poeta, ſaty.vii.dicens.*

Tunc *immenſa caui ſpirant mendatia folles.*

Lucerna *deniq; iudicialis admonitionis compeſcendi, quæ ſi iuxta ripam apponatur, ut* Conſtan.*ait, de agricul.lib.xiij.cap.xviii.tacent & uociferare deſinunt.* Et *hæc patronis inſtructio quædam ſit non ingrata, qua uti poſſint, & uirtute potius dignitatem liberaliter, atque cum decore, eam exercere, q̃ uenditare, eamq́; fœdare turpiter.*

Additio.

Adde ſupra dictis, & ad materiam, q̃ Aduocati in cauſis, ſequuntur ueriſimilia, Iudices autem uerum & æquum, & maximè ubi dotis, & matrimonii, ſiue ultimæ uoluntatis fauor, eſt in aliqua conſyderatione. l. i. ff. ſol. mat. l. in teſtamentis. ff. de regu. iu. c. porrò. c. gaudemus, de diuor. tradit Ancha. in conſil. ccxix. incip. mirum. in. ii. col. Et de æquitate intellige, quæ à lege informata ſit, quoniam alias non eßet æquitas. l. quod ſi ephe ſi. ff. de eo quod cer. lo. §. oportet. in authen. de iudi. & declarat Abb. in c. ex parte. in. ii. col. de offi. dele. Dicunt alij, q̃ omnia mala excogitant, quodq́; parum conſcientiati præſumuntur, in. l. ab Anaſtaſio. C. manda. & in c. ij. de confe. in. vi. & in. §. ſancimus. in authen. de ex hi. re. quod tamen uerum eſt, quando nimis ſolliciti in cauſis ſe oſtendunt, ut inquit Bal. in d. l. ab Anaſtaſio. in. ij. col. & in his forte, qui uulgo Aduocati uocantur, ac large, cum tamen ſint procuratores, quotidie ſe in palatiis exercentes, ſecundum Fulgo. Pau. de caſt. & Alex. in. l. inuitus. C. de procu. non in Aduocatis ſtrictè qui quandoq́; Iudices adeunt, maieſtatem quandam præ ſe ferentes, ac ab omni, non ſolum crimine, uerum etiam criminis ſuſpicione, alienam.

OBSERVATIO XVIII.

De aduerſatiua.

Paucula etiam de Aduerſatiua, nunc tangenda ſunt, ut non ignoremus quoque quam uirtutem habeat; dum maxime dicimus, q. diuerſitatem ſignificat in eo ad quod aduerſatur. l. ſed ſi lege. ff. de peti. hæ. l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infec. tradit Bar. in. l. qui uſufructum. ff. de uerbo. ob. et in. l. qui quartam. in prin. ff. de leg. i. & in not. q. teſtium, Areti, in conſil. lxiiii. incip. diligenter. in. iii. col. & eſt uerum; ſed adde, q. aduerſatur etiam his quæ ſunt eiuſdem generis. exempli gratia, Scholares legunt, Petrus autem currit, id eſt Scholaris, quoniam aliàs non aduerſaretur, ita Bar. in l. mariti. in. §. fi. ff. ad leg. Iul. de adul. & in d. §. de his autem. & in. l. pretoriæ. in. §. i. in prin. ff. de præto. ſti. & hac de re, quia non bene, atque hoc modo, aduerſari uidebatur alibi, in. l. iuris gentium. in. §. quinimo. ut ibi declarat Ias. in. iiii. col. ff. de pact. ex quo. §. præcedens, loquebatur de pacto nudo; iſte autem de ueſtito. glo. eo in loco, ponit tres intellectus. Et alibi in. l. uinum. in. xii. ff. ſi cer. peta. quartam ſolu. Bar. reprobat, dicentis ad tex. in. l. iii. in. §. in hac. ff. de tritica. principium loqui de iuramento affectionis in litem; finem uerò de alio, aduerſatiuam quamuis, ponderando, quia ſic (ut diximus) non ſtaret, neque poſita reperiretur modo prædicto in lege, & male. Et idem Cy. alibi, in authen. ſacramenta puberum. in prin. C. ſi aduer. uen. improbando pariter opi. eorum, qui dicebãt, per illum tex. antiqua iura cor-

rigi, in quibus cauebatur, geſta per metum regulariter tenere, Sed corrigi per edictum quod met. cau. ponderantium inde aduerſatiuam Per uim autem. & rurſum male, eodem Cy. teſte, quia eſſe debet ut ſu ra in eiſdem, quæ præmiſſa ſunt; expon ꝗ; aliter, extorta ſacramenta ſcilicet à maioribus, & paſſ uè quidem, longe tamen latius & diffuſius, ut per eum. Declarando inſuper ſecundum eundem Bar. in d. l. mariti. non ſolum aduerſari his, quæ ſint eiuſdem generis, uerum etiam cum omnibus qualitatibus orationis, cui aduerſatur. Item q, intelligantur repetita omnia, exceptis his, quibus aduerſatur; ut per Alex. in. l. ſi filius à patre. in prin. & in pe. col. ff. de lib. & poſthu. Et ſi dixerit ſtatutum, extantibus maſculis, fœminam non ſuccedere; taſtamento uero facto in eo, qđ ſibi relictum eſt, ſubaudietur ſemper maſculis extantibus. §. item lapilli. Inſti. de re. di. l. Seio. §. Gaio. ff. de fun. inſt. inſtrumentoq; lega. tradunt ſcribē. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. & eſt ſimile in. l. i. in prin. ff. de offi. eius. ibi, Quæ uero iure magiſtratus cõpetunt. ut de maioribus intelligatur; de quibus Iuriſcon. loquutus erat paulò ante; ſecundum tamen intellectum Fulgo. Et ad materiam, ſciendum eſt, aduerſari adhuc præcedentibus, tam in iure, q̃ in facto; ſi ſine copula tamen, in lege appoſita repiatur. aliàs autem ſi cum copula diuerſitas in facto tantum erit; identitas autem in iure, d. l. ſed ſi lege. ff. de peti. hæ. l. ij. ff. ne quis eum qui. l. patris & filij. & ibi Bar. ff. de uulga. & pupil. ſubſti. aliquid Alex. in. l. alimẽta. in. i. col. in fi. C. de nego. geſt.

& in.l.maritus.in.ij.C.de procu. Verum aduerte, quia iſtud generale eſſe non uidetur, nam in.§.quos autem.Inſti.de bo.po.aduerſatiua eſt ibi, Per legem autem &c. & tamen non aduerſatur his quæ ſint eiuſdem generis, quoniam lex eſt ciuilis, & tamen ante loquutus erat author de Prætore. Sol. eſt eiuſdem generis, quia Prætor quoque, quaſi uiua uox iuris ciuilis dicitur.l. nam & ipſum ius.ff.de iuſti.& iu. Vel dic ſufficere, quidquid ſentiant alij, & quidquid aliàs dictum ſit, q, in aliquo aduerſetur.l.nam & poſtea.§.ſed & ſi quis.& ibi Iaſ.ff. de iure iu. In cæteris recurre ad loca ſupra allega.& tibi ſume, quantum libet, quantumq; uelis, quia hæc pro nunc, mihi ſatis eſſe uidentur.

OBSERVATIO XIX.

De locis topicis, ſiue de modis arguendi.

Quoniam multi ſunt, qui de genere argumentandi ſcripſerunt, deq; locis topicis; ſtatuimus nos, nec multa ſub hoc genere collocare, ſed centum tantùm, quæ obſeruauimus; & quæ nobis magis neceſſaria uiſa fuere, et quia etiam ridetur corda, (ut poeta inquit) qui ſemper oberrat eadem. Præmittentes prius tamen, argumẽtum nihil aliud eſſe, niſi rationem, ſeu demonſtrationem quandam rei dubiæ, fidem facientem, ut in c. cum ex iniuncto.de hære.& tradit Iaſ.Inſti.de actio.in prin. in ij.col. quaſi argutè inuẽtum.c.ſorus.de uerbo.ſi.ſeu po-

tius mentẽ arguẽs illius, qui probare nititur id, ad quod ſe aſtrinxit; & uериſimilius uidetur. Cõſtans inſuper ex maiore, minore, et concluſione. l. certi cõdictio. in prin. & ibi not. ff. ſi cer. peta. quod & Ioan. viij. facile etiam elicitur, dicentis, Qui ex Deo eſt, uerba Dei audit. uos non auditis. ergo ex Deo non eſtis. Vel & melius, ex quinque, quæ eiuſdem formæ ſunt, ſyllogiſmo ſcilicet, enthymemate, inductione, exemplo, & coaceruatione. Syllogiſmo, quum dicitur (oratio enim appellatur, in qua quibuſdã poſitis, neceſſe eſt aliud euenire) omnis inſidiator iure occiditur. l. liberã. C. quando li. unicuiq; ſi. iudi. uin. Titius eſt huiuſmodi, ergo iure occidetur. Enthymeme ſe mate, quum maior, uel minor, omittitur, ut in. l. i. ff. ſi cer. peta. ubi uerbum credendi, generale, præmittit Prætor, intendens tractare de cõtractibus particularibus, id omittens, tanquàm notum, q, ad cognitionem ſpecierum, debet ſemper præcedere cognitio generis. Et idem in. l. iij. ff. de eo quod cer. lo. & in. l. Titiæ textores. & utrobiq; not. ff. de lega. i. Inductione, ſi ex pluribus, uel partibus, uel ſpeciebus, unum, aut totum, aut genus, uniuerſaliter colligatur. exempli gratia, Seius honeſtè uiuit; alterum non lædit; ius ſuum unicuique tribuit; ergo omnia habet, ac conſequutus eſt, quæ in homine maximæ probitatis deſiderari poteſt. §. iuris præcepta. Inſti. de iuſti. & iu. Exemplo, quod etiam eſt rei geſtæ, uel ut geſtæ utilis ad perſuadendum, commemoratio, ſi doceatur; ut Sertorius, ingenium plus poſſe, quàm uires. uel ut Lycurgus, ad uirtutem, magnum monumentum conducere

mores. & trahitur ad omne ſimile, ſecundum. Bar. in. l. ſcire oportet. in. §. ſi. in. ij. col. ff. de excu. tu. & hoc eſt quod inquit quoque Bal. in. l. petens. adhuc in. ij. col. C. de pact. q; ſic declaratur intellectus. Coaceruatione uerò, cum res eiuſdem prædicamenti, ſimul apponuntur; puta, ſi iuſtitia eſt, uirtus utique eſt; ſi uirtus, affectus nedum bonus, ſed etiam optimus. l. meminerint. C. unde ui.

Primus igitur modus potiſſimus, & mihi quidem præcipuus uidetur, ac maximè neceſſarius, à genere incipientes; ſi ab eo, ad ſpeciem, formetur ſic, Si uarium & mutabile quoddam eſt fœmina. c. forus ad fi. de uerb. ſi. Dido etiam uaria mutabilisq; fuit, quandoquidem ex amore potuerit in odium commutari. Quod & Ciceronis teſtimonio quoque in Verrem, poteſt optimè comprobari, ſic pariter dicentis, Nam quum omnium prouinciarum, ſociorumq;, rationem diligenter habere debeatis, tum præcipuè Siciliæ, Iudices habere debetis.

Secundus, eſt à toto uniuerſali, quod negatiuè formari debet; non affirmatiuè, ex quo tunc non ualeret, exempli gratia, non eſt homo; quia ſequitur, ergo non eſt animal; & non ſi diceretur, animal eſt, ergo eſt homo; quia non ſequitur. ita Bar. in. l. i. in. i. col. in fi. ff. de uſuf. lega.

Tertius, eſt ad idem ferè, à toto integrali; & iſtud è contra affirmatiuè ualet; negatiuè uerò non; quia ſi dicatur, non eſt domus; non ſequitur propterea, q; non ſit paries. ſi autem dicatur, domus eſt; ſequitur neceſſariò, quòd paries etiam ſit.

Quartus, eſt à natura actus; & formatur in hunc

modum; cui conuenit natura actus, ei cõuenit etiam eius ſpecies. Verum de natura emptionis & uẽditionis eſt, ut ad emptorem periculum tranſeat perfecto contractu, ergo ubi ſumus in tali natura, ibidem etiam erimus in hac ſpecie contractus.l.cum dotem. ubi in ſpecie etiam Bal. *C.de iu.do.*

*Quintus, eſt à præſumptione perſeuerantis uoluntatis, quum dicimus, Quod non mutatur, cur ſtare prohibetur.l.ſancimus.*C.*de teſta.l.præcipimus.* C. *de ap.l.ſi mihi & tibi.§.interdum.ff.de lega.i.l.ſi chorus. in fi.ff. de lega.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.eo.l.ſiue poſſidetis.C.de proba.c.maiores. de bap. & ideo uoluntas delegãtis in caſu abſentiæ neceſſariæ, permiſſione legis, eo reuerſo, ſi delegatus cognoſcere cœpit, nec res ſit integra, præſumetur durare, niſi actualis interueniat reuocatio, ut not.*Docto.*in.l.i.ff.de offi.eius.* Neque *ulterius citandus erit, qui ſemel dixit nolle electioni intereſſe, ſecundùm* Bal.*in c.eccleſia ueſtra.in.ij.col.de elec. & non habet dubium, cum declaratione tamen, hoc ipſum maximè de proximo intelligi, quoniam de longinquo facile mutari poteſt; ex quo xij. ſunt horæ diei, ut prouerbio* Iudæi *dicunt; & probatur in.l.in confirmando. & ibi* Bal.*ff.de confir.tu.*

Sextus eſt à prouerbio, ut in.l.fi.in.§. & ſi præfatam.C.de iu.deli. ibi, ne, dum lucrum facere ſperant, in damnum incidant. & in.l.creditor qui non idoneum pignus.ff.ſi cer.peta. quam inducit quoque Salice.*in.l. ſi pro mutua.in fi.C.eo.dicens, Chi preſta & ha mal pe-*

gno, perde i dinari e'l ſenno. & in. §. cæterum. Inſti. ꝙ cum eo. ubi qui uidet utilia, & ſumit deteriora, abeſt ei radius luminis, abſque mora. & in. l. quod in hæredem. in. §. eligere. ff. de trib. actio. à cotal montone, tal boccone. & in. l. ſciendum. in. §. illud. ff. de ædil. edic. ne quid nimis, aliàs medium tenuere beati, Vel ꝙ ſanguinem elicit, qui nimium emungit. & in. l. aut facta. in prin. ff. de pœn. refert. Bar. in. l. uerbum facere. ff. de uerb. ſi. che dal detto, a'l fatto, ui è un gran tratto. & idem Bar. in. l. in harenam. C. famil. her. Nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cetego. Dicens etiam alibi, Mal da chi non ha, in. l. ſi uniuerſæ. C. de lega. & Salice. in. l. rem non nouā. in prin. C. de iudi. che non ſi dee laſſar la uia uecchia, per la noua, percio che triſto è quel, che ui ſi troua. Et ibidē adhuc in. §. fi. ꝙ exitus acta probat. et Roſ. in tract. lib. in titu. de bo. po. un. co. in. iiij. col. ꝙ qui uult cornua, plerunque auriculas amittit, & totum quod optat. ſtultitiam eorum redarguens, qui uenire uolebant per unde cognati, ſucceſſionem tamen ex teſtamento omittentes. Bona glo. in. l. quia ratio. ff. de condi. inſti. ꝙ qui poteſt ſtare certo, non debet ſtare in increto, in. l. i. in. §. ſi debitori. ff. ut in po. le. ꝙ mordendus eſt, ſiue honeſtius loquēdo, repellēdus, qui petit, qđ intus habet. Et alibi Bal. in. l. cum ita. ff. de condi. & de. per. illum tex. ꝙ longè melius eſt, quem ſolum eſſe, quàm ſocium habere malum, & improbum. expedireq; uxori, potius marito carere, q̄ habere, & quidem malum. & in c. i. in fi. prin. de feu. cogni. in uſib. feu. ꝙ ſi leptem edis, aromata haud fundere

debes.ad propoſitum de quo ibi. Et alibi, in c.eccleſias in.§.ad hæc.xiij.q.i. mus in pera,ignis in ſinu,& ſerpens in gremio,in malum hoſpitem. & alibi Ange.contra uerboſum,ꝙ capra eſt,& effundit pater noſtros poſteriores. Et melius quàm alibi, Ezechi.xiiij.ibi,Sic faciat Dominus.

Septimus,eſt à more ruſticorum ſenum, quo uſus eſt Iuriſcon.in.l.ſi chorus.ff.de lega.iij.dicens, ſæpe ſe audiuiſſe ruſticos ſenes,dicentes,pecuniam ſine peculio fragilem eſſe.peculium inde appellantes, quod præſidij cauſa reponitur,& non immerito; quoniam (ut dixi etiam alibi ſupra,de agricultura)ruſtica res, eſt quaſi ſapientiæ conſanguinea.

Octauus, eſt à caſu omiſſo, ut puta, quia bãnum ſit contra ius commune; certè nihil operari debebit, niſi quatenus in ſtatuto reperitur expreſſum.l. commodiſſime.ff.de libe.& poſthu.l.ſi cum dotẽ.ff.ſol.mat.l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cau.l.i. & ibi melius quàm alibi.C.de hære.inſti. firmat Bal. in.l. eius qui.in. §. i.in fi.ff.de teſta.

Nonus,eſt à poſteriori, quando ex effectibus cauſas cognoſcimus.exemplum,Ius efficit bonos & æquos,ergo ius eſt bonum & æquum.l.i.& ibi idẽ Bal.in.ij. lectu.in prin.in.ij.col.ff.de iuſti.& iu.

Decimus,eſt à multiplicatione cauſarum,ut inde neceſſario ſequatur etiam multiplicatio effectuum.c.in geneſi.& ibi Abb.in.vi.not.de electio.ubi publicato ſcrutinio,in quo ſinguli cõſenſerunt; non debet de nouo qui=

libet per ſe eligre; quia aut idem repeteretur, aut ſe queretur, q; tot eſſent electiones, quot numero eligentes.

Vndecimus, eſt à cognitione cauſarum, & effectuum ſimul, quia ex his illas cognoſcimus, & effectus ex cauſis. uerbi gratia, quum dicimus, q; cauſa delegabilis eſt; quoniam uerum erit dicere etiam, q; iure magiſtratus cõpetat. Item q; delegabilis non ſit, & q; ex hoc neceſſario in ſpeciale priuilegiũ, maioribus magiſtratibus cõceſſa fuerit. l. i. in prin. ff. de offi. eius. l. ea q̃. ff. ad munici.

Duodecimus, eſt à potentiori iure agendi, q; hoc idẽ agat & potentius quidem in cauſa quàm in cauſato. l. digna uox. C. de legi. ubi nobilius eſt ſubiectum à quo quis dependet, quàm ipſum dependens; tantoq; moralior & uirtuoſior, quanto eſt nobilior & maior, & præ cæteris excellentior.

Decimus tertius, eſt ab unitate, uel pluralitate cauſæ, ut ſi una ſit, unum quoque producat effectum; ſi uerò multiplex, plures ex ea oriantur. l. ſi ſeruus ſeruum. in prin. ff. ad leg. Aquil. l. nunquàm plura. ff. de priua. delic. Sed contra, quia alibi interuenit numeratio, & ſtipulatio, in. l. cum enim. ff. de noua. & in. l. ſi ita ſtipulatus. in. §. Griſogonus. ff. de uerbo. ob. & tamen ſolum ex ſtipulatione oritur actio. Sol. oritur ſolum ex ſtipulatione, quia numeratio ad id ordinata non erat; ut dixi ego in. l. ſingularia. in. iij. lectu. prope diem imprimenda, ultra primam & ſecundam impreſſas. ff. ſi cer. peta.

Decimus quartus, eſt à ſupraſcriptione; frequens in iure, & probabile, ac ualidum ad cognoſcendam prælationem.

tionem. puta, q; prædicatores præferantur minoribus, nec habet dubium.c.i.et ibi Gemi.in prin.de deci.in.vi.

Decimus quintus, eſt à genere pœnæ, ut delictum arguat, atrocitatemq; eius demonſtret. & nimirum, quia argu.eſt etiam ab effectu, in iure optimnm.l.ij. & ibi not.C.de ſumma tri.et fide catho.c. propoſito.xxvij. q.i.c.admonere.xxxiij.q.ij.

Decimus ſextus, eſt à genere cauſæ, & argu.quoq; dicitur à cauſa, quotidianum.l.auxilium.§. in delictis. ff.de mino.l.acta.de re iudi.l. ſeruus.ff.de actio. & ob. & utrunque ponit Bal.*in.l.i.in.iij.col.*C. *qui accu. non po.ut ſi atrox crimen fuerit,minor non reſtituatur, niſi quatenus miſeratio ætatis,* Iudicem *ad mediocrem pœnam produxerit. nullaq; pœnæ deprcatio,ſi adulterij.*

Decimus ſeptimus,eſt ex ui grammaticæ,adhuc in iure ualidiſſimum. l. Plaucius.*ff.de au.& ar. lega. quo utitur etiam idem* Bal.*in c.quoniam ut. de ui.& ho.cle. quòd conuentuales debent ſimul uiuere,& ſub eodem tecto dormire;põderãdo dictionẽ cum, ibidẽ; quæ exponi debet ideſt ſimul.& p* Inno. *latius in c.ſedes.de reſcrip.*

*Decimus octauus,eſt à nomine, quum dicimus,quòd conſequens rei eſſe debet.§.eſt & aliud.*Inſti.*de dona.c. ſi cupis.xvi.q.i.& idem in cognomine eſt,ut ſic ne friuola nec ridicula uideantur, quemadmodum in procem. ff.orum legitur,ibi,non ueteres dupondios, ſed nouos* Iuſtinianeos *(de ſcholaribus enim intelligit) appellamus, unde ius prætorium inde hac de re, honorarium appellatum eſt ab honore* Prætorum.*§.ius autem.*Inſti.*de iuſti.*

& iu.l.ij.ff. de ori.iu. & ius gentium, quaſi eo omnes gentes uterentur.l.omnes populi.ff.de iuſti. & iu.et ius ælianum, quia ſextus Ælius librum actionum compoſuit,d.l.ij.ff.de ori.iu.Ad idem poſthumus,quaſi poſt humũ patris natus.l.iij.in prin.ff.de iniuſ.teſta. hinc arrogatio quoque à rogãdo dicta,appellataq́; eſt.l.ij. ff.de adop.uerbaq́; ponit Gel.lib.v.c.xix. & ſatiſdatio iudi. ſolui,ab ultima clauſula,non ab alijs, ut nomen rei eßet conſequens.l.iudicatum ſolui. ff.eo.Itẽ Publiciana à Publicio, Falcidia à Falcidio, Trebellianum à Trebellio.& ſimiles,de quibus per Bar.in. l.i. ubi etiam non nihil de regu.cato.in.ij.col.ff.de regu.ca.Vulgaris quoque ſubſtitutio dicitur, quia uulgo fieri ſolet. pupillaris uero,quia pupillo.& exemplaris, quia ad illius exemplum fit furioſo. Breuiloqua autem à breuitate uerborum,& à compendio ipſorum,compendioſa. Vltimoq́; loco fideicommißaria,quia fidei hæredis committitur.§. qua ratione.Inſti.de pup.ſub.c. Raynutius.de teſta. Paranomaſiaq́; eſt figura.quale etiã illud pſal.cxliiij.Miſerator & miſericors Dominus, quia miſericordiam facit. Quo modo denique arguitur etiam in.l. diuus. in prin.ff.de bo.dam. Et nota, q. propria loquutio eſt,ad impropriæ differẽtiam, quoniam oportet rebus,de quibus loquimur,cognitos, ideſt familiares & conſonantes eße ſermones, ut poſt Philoſophum Ethico.i.& per d. §,eſt & aliud.inquit Bal.egregie, ubi alia longe plura in.l.fi.in,vi.col.C.de hæred.inſtitu.

Decimus nonus,eſt à natione;quæ ſi infamata fuerit,

ab emptione remouet emptorem;aliàs non, ſed allicit potius. & hinc eſt, ut dicebam etiam ſupra, q̃ qualitas effectus demonſtrat qualitatem cauſæ producentis, et è contra. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edic. Conſyderando ad idem, omnino quaſdam nationes eſſe huiuſmodi, & ne dum ſecum habẽtes aliquid mali, ut ipſa experientia rerum docuit, quæ in hominum animas ſcripta eſt; uerum etiam literarum monumentis deteſtatæ, ut Creta, Cilicia, Capadocia, & ſimiles, de quibus etiam Odof. aliquid, in rub. ff. de ædil. edic. Vnde Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ; uentrisq́; pigri ſunt; ſi Paulo Apoſtolo ad Titum. i. credendum eſt.

Vigeſimus, eſt planus & materialis, quum à uerbis legis arguimus, quia ſic loquuntur, & à quibus non eſt regulariter recedendum. l. non aliter. ff. de lega. iij. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. eo. l. i. §. ſi is qui nauem. ff. de exercito. quod tamen fallit gratia euitandæ contrarietatis, abſurditatisq́; & ut recti ſermonis ſalua ſemper ſit ratio, quoniam tunc à uerbis ipſius recederemur, Declarando, Concordando, Exponendo, Subaudiendo, Supplendo, Detrahendo, et Impropriãdo; ut dixi aliàs in. l. uinũ, in. iij. lectu. in. vij. euidẽ. ff. ſi cer. pet. et clarũ ẽ.

Vigeſimus primus, eſt ſubtilis et intellectualis, quãdo ex ui ſermonis aliquid elicitur; ut non alius intelligatur debitor puta, quàm is, à quo inuito pecunia exigi poteſt. l. debitor. ff. de uerb. ſi.

Vigeſimus ſecundus, eſt coniecturalis, quando intellectu magis diſcernitur, quàm ſermonis adaptatione. exẽ=

plum in.l.cum auus.ff.de condi.& de.& in.l.cum acutiſſimi.C.de fideicõ.et dixi ego plenè, in.l.generaliter. C.de inſti.& ut p Bal.latius,in.l.ſcire leges.ff.de legi.

Vigeſimus tertius, eſt à diuerſitate accidentium, ut diuerſitatem inducat in ſubſtantia,clem.i. & ibi not. de electio.& ideo ad propoſitum, ac bene dicebat alibi Ancha.in conſilio.cccxxi.incip.præmittenda.in prin.quòd monachi & Canonici regulares, eſſe dicuntur diuerſæ religionis,quamuis in multis conueniant, de quibus in c. cum ad monaſterium.de ſta.mo.& eſt argu.in. l. ordo. ff. de pub.Iud.

Vigeſimus quartus,eſt à ſpeciali,quando dicimus, ſi ſpeciale eſt, neceſſario erit in contrarium ius commune. l.ius ſingulare.l.quod uero contrà.ff.de legi.c. præſenti.§.loca.de præben.in.vi. & ideo, ut inquit Bar.in.l. ubicunque.in.ij.col.ff.de int.ac. ſi in eſſe produci poteſt, ſpecialiter cauſatum ſine cauſa, in ultimis uoluntatibus. l.demonſtratio.l.cum tale.§.falſum.ff.de condi.& de.l. ij.C.de fal.cau.ad hoc idem in contractibus fieri non poterit.& ſi depoſiti natura eſt,ut fiat in ſpecie,in eo ſpecialiter compenſatio haud obijci poterit.l.fi.in fi. C. de compen. ergo communiter obijcietur, etiam q pecunia debeatur in ſpecie.ita Bar.in.l.cum fundus.in.§.i.nume. viij.ff.ſi cer.pet. & probabile ac neceſſarium argu.dicitur à ſenſu contrario,ſecundum Bal.in.l. qui teſtamento.in.§.mulier. ff. de teſta. ad differentiam probabilis, non neceſſarii; & non probabilis nec neceſſarii, ut ibidem,& in.l. adigere.in.§.quanuis.ff.de iu.pat. & in.l.

ii.C.de cōdi. inſer.& hoc eſt,quod ēt Philoſophus dicebat,q. de ente per accidens,non eſt ſpeculatio. quodq́; illud,quod eſt per accidens, ſcitur quando accidit,& non permanenter , & q. ſingularium denique non eſt ſcientia,neq; diffinitio,quia in eis eſt aliqd,quo poſſūt eſſe,& nō eſſe.& ut dixi in d.l.ius ſingulare. in collecta.latius.

Vigeſimus quintus,eſt allegandæ legis in argu.quod ſit tota die;& id quidem, ubi non eſt caſus legis clarus, aliàs autem allegari debet ſimpliciter.c.i. & ibi not.de pact.tradit Abb.in c.cauſamq́;.in ſi.de offi.dele.

Vigeſimus ſextus,eſt à cognitione animi, quod quidem poteſt contingere tribus modis, Primo per affectum.Secundo per effectum.Tertio per ſigna. Vnde dicimus quoque,accidentia,magnam partem conferre, ad cognoſcēdum quod quid eſt.§.pauonum.Inſti.de re.di.l. Fulcinius.§.adeo.ff.ex qui.cau.in po.ea.l. reprehendēda.C.de inſti.c.tertio loco. c. afferte mihi gladium. de præſump.& declarat Bal.in c.dudum.in.ij.col. de elec.

Vigeſimus ſeptimus, eſt ab authoritate, ut arguit idem Bal.in authen.ſi quas ruinas.in.iij.col.C.de ſacroſanc.ec.& in.l.i.not.latè.ff.ſi cer.peta.quæ tamen probabilis eſt,ſed non neceſſaria;niſi lege,aut ratione fulcita ſit.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.l.i. C. de profe. qui in ur.Conſtan.lib.x.& declarat Archi.in c.hortamur.in.iiij.col.lxxi.diſt.Qua de re, ob hoc forte, Fede. de ſen.opi.Io.And.& Hoſti.reſpondendo alibi;quamuis magna eorum fuerit authoritas, dixit eam euangelium non eſſe,in conſil.cxlv.incip.Ioannes.in pe.col. & alibi

Gemi.in conſil.xxxiiij.incip.graduatus.in.ij. q. Auditores rotæ moder. non debent ſequi deciſiones antiquorum;niſi quatenus ius, & ratio,in eis, & quidem urgens,reperitur.

Vigeſimus octauus,eſt à diuerſitate diffinitionis, nominis et titulorũ;ex qbus arguitur quoq;diuerſitas rei. l.i.C.de iu.emphy.l.ſi idem.C.de codicil.tradit Nel.(ſingula ſingulis referrendo)in tracta.ban.in.ij.par.i.tẽpo. in.xyi.q.incip.an tunc.in.ij.col. & Gemi. in c.præſentium.in.§.teſtes.in prin.de teſti.in.vi.

Vigeſimus nonus,eſt à ratione ſeparatorum, quia de uno ad reliquum non infertur.l. Papinianus exuli.ff.de mino.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.po.format ultra alios,Nel.in trac.ban.in.ij.par. ij. tempo. in xlviij.q.incip.pone.in prin. & eſt ſimile, quando dicitur, hic caſus diuerſus eſt ab illo, Nil mihi cum lesbo. alia ratio reformat pactum.quid ad rhombum,ex ſeparatis non infertur.l.iij.§. item Iulianus. ff. de eo quod cer.lo.l.interpoſitas.C.de tranſac.authen.licet.C. de natu.libe.l.fi.(ſingula reddendo adhuc ſingulis) ff. de cal. in tantum ut ſtultum ſit,leges in iudicijs & factis loquẽtes,intelligere q. determinent leges loquentes in contractibus & obligationibus dandi,ſecundum Bar.in.l.ij. in §.Cato.in.vij.col.ff.de uerb.ob.

Trigeſimus, eſt à rubrica, quando eſt negatiua uel affirmatiua;& ualet argu.l.ij.§.i.ff.de interdic. l.i. §. ut initio.§.de qua autem.§.deinde.ff.de poſtu.l.i.C.ne fi deiu.do. den. ſi maximè orationem perfectam habent.

ſed quia dixi late in.l.i.ff.ſi cer.peta. & in rub.de conſtitu.ad fi.quam ædam cum alijs aliquando, non inſiſtã nunc aliter,ratione etiam breuitatis inſtitutæ .

Trigeſimus primus,eſt ab irriſione, quum allegata, ſunt à materia penitus aliena ; ut dicamus ad baliſtam allegari,quemadmodum dicit Cardi.Zab.in c.per tuas. de Symo.& Ioan. Pariſien. reprehendendo Martinum de Carracijs,in tracta.pimogeni.in.iij.q.in.i.col.Vel ꝙ aduerſarius anſam ſoluere uoluit, & nodum ligauit.c. cũ olim.de uerb.ſi. quod idẽ Io.adhuc Martino prædicto obiicit,in d.loco,in.ii .

Trigeſimus ſecundus,eſt ab antiquitate, cui in multis ſtandum eſt,niſi error manifeſtus oſtendatur.l. ſemper.ff.de iu.immuni.c.utique.xix.diſt.c.cum conſuetudinis.de conſue.l.i.C.de uſucap.transfor.Et propterea ex ea tribuitur titulus.c.ſuper qbuſdam. de uerb.ſi.l.hoc iu re.§.ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti.trãsfertq́; onus probandi in aduerſarium,Io.And.teſte,in c.quanto.in fi.de transla.epiſcopi . & ibi aliquid etiam Abb. in glo. antiquitas.

Trigeſimus tertius,eſt à minori, & eſt argu.neceſſarium,quod nunquam fallit, & uideri poteſt, quia ſi incrementum alluuionis cedit fructuario, multo magis cedet emphyteotæ,habenti maius & fortius ius in re. ita Bal.in.l.i.in.vi.col.C.de iu.emphy.

Trigeſimus quartus,eſt à ſimili, de quo dixi late in l.non poßunt.ff.de legi. in collecta . & in c.quanto . de conſti. Sed nunc adde, & nouißime ꝙ ſuperior modus

magis concludit q̃ ſimile, quod quandoq; eſt fallax. l.fi. §.pe.ff. ad munic.p.l.cõparationes.C.de fi.inſtr.tradit Bal.in d.loco.adeo ut q̃libet fortior dicatur, q̃ ſimilitudo,et cõparatio;ut in.§.ſi uero nullus.in autẽ.de fi.inſt.

Trigeſimus quintus,eſt ab eo,quod eſt nim s crudele; quo mõ arguitur in.l.generaliter.in . § . ſin autem ad fi.C.de reb.cre.ubi ſi iuramentum delatum, præſtitum,uel recuſatum ſit;parti deferenti, nullum prouocationis auxilium reſtat; ex quo nimis crudele (inquit tex.) uidetur parti,quæ detulit,propter hoc ipſum,quòd Iudex eius petitionem ſecutus eſt, prouocationẽ ſupeſſe.

Trigeſimus ſextus, eſt ab eo, quod eſt nimis graue. puta,quòd probationes, de domo aduerſarii ſumantur.l. nimis graue.C.de teſti.l.qui accuſare.C. de æden.l. uideamus.in prin.ff.de in lit.iu.Idcirco in ſimili;hæres, q tenetur denunciare occiſores defuncti, non tenetur denunciare ſe ipſum.l.cum quidam.§.quod dicitur. & ibi Alex.in.ii.col.ff.de acqui. hæ. & hoc idem locum habet,etiam ſi cauſa eſſet priuilegiata;puta,depoſiti.l.i.C. de æden.præterquam tamen in poſitionibus,clem. ſæpe. §.ſed quia.de uerb.ſi.et in actione ad exhibendum. l.iii. §.ſciendum.ff.ad exhiben.

Trigeſimus ſeptimus, eſt à lege correcta; qđ argumentum procedit,quando pro parte correcta eſt, & non in totũ.l.derogatur. ff.de uerb.ſi.not. Bal.in.l.i.in.§. ſi.in uer.item nota.C.de lat.lib.tol. & ſi in argu.adducatur,non ad deciſionem caſus principaliter, ſecundum Bar.in.l.fi.ff.ad.leg. Cor. de fal. Vel allegetur ratio;

quæ non tollitur, licèt lex ipſa corrigatur.l. eas. ff. de cap.di.l.i.ff.de legi.tu.ſeu cũ noua concordet,ut egregiè declarat Archi.in c.fi.de offi.del.in.vi. & Docto. latè in c.i.& ibi multa nos quoq; diximus,in glo.ii.de cõſti.

Trigeſimus octauus,eſt à tituli primordio; ut dicamus inde euentum formari poſteriorem.l.i.C.de impo. lu.deſ.lib.x. p quem tex.dicit etiam Bal.in c. ſuper eo. ij.in.ij.col.de ap.et p tex.in.l.inſulã.ff.de uerb.ob.q; ſic omnis forma à principio deducitur. & nimirum quia potiſsima cuiuſq; rei pars dicitur.l.i.ff.de ori.iu.l.i. §. ſi quis.&.§.ſi initium.ff.de æden.l.fi.ff.de hæ.inſti.unde etiam alibi habetur,non eſſe ex toto falſum quod primordio ueritatis iuuatur,in.l.cum filius.in.§.hæres.ff. de lega.ij.Sed contra,de.l.cum te.C. quod met.cau. ubi principium eſt meticuloſum; & tamen ſolutio poſtea facta, non efficit, ut ea ratione habeat locum actio quod met.cauſa,& contractus reſcindatur.Sol. Poſterior euẽtus ueniebat,tanquam purgatio,ſeu nouatio ad primordium;igitur non ab re,ſi haud eſt meticuloſa. ita Salice. in d.l.cum te.in.iij.col.

Trigeſimus nonus, eſt à maiori potẽtia cauſæ efficientis.& formatur argu.ſic,Si non poteſt Papa,uel Imperator,contra diſpoſitionem euangelij, multò minus poterit ſtatutum municipij.c.literas.de reſti.ſpo. & ad longum tradit Bal.in.l.i.in.iij.col.C.de ſum. tri. & fi. catho. & probatur etiam in.l. nec ex uera.C. de acqui. po.& in.l.relegatorum.in.§. conſtitutum.ff.de int. & rele.& in c.ſi Paulus.xxxij.q.7.

Quadrageſimus, eſt ab effectu cauſæ effluentis; ut in d. loco not. Sed quia hoc, idem eſt cum ſuperiori, non inſiſto aliter. nouiſſimè tamen deducendo & adhuc, quòd ſi non poteſt prima cauſa, quæ in ſecunda influit, multò minus poterit ſecunda, quodq; nō poſſunt ſtatuentes, id, quod non poteſt princeps; ex quo ipſius authoritate, populi ſtatuta faciunt. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. l. i. §. omnia. C. de uete. iu. enu.

Quadrageſimus primus, eſt à multò magis; de quo in c. cum in cunctis. de electio. & dixi in authen. multò magis. in collecta. C. de ſacroſanc. ec. Adde nunc not. in l. ex ea. ff. de poſtu. et dic, q. hac ratione ſi ſubditus contrahit extra territorium eius perſona infringi poteſt per ſtatutum, quia ſcilicet moltò magis poteſt lex, ſi hoc idem poteſt ſententia hominis. & ita arguit idem Bal. in præallega. l. i. in. vij. col. C. de ſum. tri. & fide catho.

Quadrageſimus ſecundus, eſt ab effectu; hoc modo, Imponitur pœna, ergo delictum præceſſit, nec poteſt negari, ſecundum glo. quam ibi dicit not. Bal. met. in. l. nemo clericus. in fi. C. de epiſ. & cle. præſumeturq; Dominus mortiferè uulneratus; eo q. deceſſit tali uulnere non curato. l. rem non nouam. §. fi. C. de iudi. declarat idem Bal. in c. i. in prin. in. iij. col. quib. mo. feu. ami. in uſib. feu. & in proœ. fforum in. ij. lectu. in. §. hæc autem tria primo, in fi.

Quadrageſimus tertius, eſt per locum à natura; quo Oldradus defendit accuſatum, à maleficio ſibi imputato, q. ipſum noctis tempore commiſiſſet, ex quo teſtes depo=

nebant de uiſu, dicentes amplius interroganti, nec ibi lumen ignis aut candelæ aliter fuiſſe; & male, quia probauit, q; eo tempore Luna non lucebat. & ſic teſtes de falſo conuicit. refert & ſequitur adhuc Bal. in. l. Arethuſa. in. i. col. ff. de ſta. ho. & in. l. ſi cum exceptione. in. §. in hac. in prin. ff. quod met. cau. & in c. i. in. §. porrò. in prin. quæ fue. prima cau. be. ami. in uſib. feu. et Ange. in conſil. cxciiij. incip. uiſis. in. ij. col. & Troil. Malue. Bonon. in tracta. de ſorte. in prin. in. v.

Quadrageſimus quartus, eſt à diuiſione; quando dicimus, certæ ſunt cauſæ dirimentes uinculum patriæ poteſtatis; iſta non eſt inter enumeratas, ergo non diſſoluit. l. patre furioſo. & ibi rurſum Bal. in. ij. & iij. lectu. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. et ſimile eſt in exceptionibus, ſi dicatur ſic, Quædam permiſſæ ſunt, iſta non eſt de illis, ergo non obſtat, nec opponi poteſt. l. ita pudor. C. ad leg. Iul. de adul.

Quadrageſimus quintus, eſt à rimatione; an Petrus ſit in palatio. Vel ſcripturarum, ſi uolumus probare, q; Titius non eſt regiſtratus in æſtimo, per ſcripturam Archiui, Vel q; non ſoluit collectas, ut probemus, quòd omnes ſoluentes ſunt deſcripti, ipſe autem non. l. i. C. de exacto. tribu. lib. x. tradit Bal. in d. l. patre furioſo. in. i. lectu. iu prin. de his qui ſunt ſui uel alie. iu.

Quadrageſimus ſextus, eſt à qualitatibus; & appellatur argu. de tanquam, à qualitate nominis, ut in. l. ſi pater. in. §. qui duos. i. ff. de adop. perſonæ. l. ſi ignorãs. ff. loca. rei, uel cauſæ. l. pe. ff. de inſtito. & à qualitate de

nique loci,uel temporis.l.aut facta.ff.de pœn.& ut latius per Bal.*in d.§.qui duos.ubi teſtatur amplius frequentiſsimum argu.eſſe in omnibus, quæ fieri poſſunt diuerſis reſpectibus.*

Quadrageſimus ſeptimus,eſt ab eo,quod eſt minus durum, ut ſupra ab eo,quod eſt nimis graue & crudele.l.hæ operæ. in fi.ff.de ope.lib.ubi caſus clarus.

Quadrageſimus octauus eſt à pari;quod argu.à ſimili uicinum eſt ut ſupra;ideo non inſiſto. Addo *tamen* ꝙ *eo utitur* Iuriſcon.*in.l.*Pōponius.*& ibi* Odof.*in ulti.col.ff.de nego.geſt.*

Quadrageſimus nonus,eſt ab inſolitis,ſicuti à ſolitis iuxta not.in.l.certi condictio.in.§.ſi nummos. ff.ſi cer. pet.quod tamen non ualet,ubi ius contra diſponit.c.cum ex officij.& ibi bal.de præſcrip.ita ut allegatio non ualeat,ꝙ aliquid factum nunquam fuerit;ex quo curſu temporis non tollitur fiendum.& ut ibi latius.

Quinquageſimus,eſt à maiori prohibito;quia ſi maior prohibetur,prohibetur & minor; nec eidem licet, quod maiori prohibitum eſt,& ferè idem, quod ſupra, ſi de quo magis ineſſe uidetur, & non ineſt;ergo nec de quo minus,implicitè tamen tactum.adde nouiſsime Bal. *ita arguentem,in c.licet.de teſti.*

Quinquageſimus primus,eſt à tutelis ad teſtamenta;quia habemus,ꝙ quemadmodum ſpes hæredis inſtituti,excludit ſpem uenientium ab inteſtato; ita ſpes teſtamentarij,tutoris excludit ſpem legitimi,& uenientis ab inteſtato.l.ſi quis ſub conditione.& ibi Bal.*in prin.ff.*

de teſta.tu.quodq; in tutela quidam ſunt tutures uolun tarij,quidam neceſſarij,ut in hæreditate hæredes,ſecundum Bar.*in d.loco.in.iiii.col.qui dixit etiam in.l.iure. in.§.propter litem.ff.eo.*ꝙ *ſicuti per authen. ex cauſa.* C.*de lib.præt.conſeruantur relicta;ita conſeruantur tu telæ.*Et *in.l.i.in fi.prin.ff.de confir. tu.*ꝙ *ſicuti adeptiuis deſertur hæreditas, ita deſertur tutela.*Nec *facit* ꝙ *utrunque requiri uideatur,*ꝙ *quis ſit legitimus & natu ralis,quia ratio potius,quàm uerba, conſyderari debet, ut ibidem.*Et *hoc regulariter uerum eſt,quoniam quan doque differunt.patet;quia datus tutor ad unam rem, non propterea uidetur datus ad omnia,ut inſtitutus.& tradit idem* Bar.*in.l. certarum.in prin.ff.de taſta.tu.* Ad *idem in tutelis,uerba deprecatiua non inducunt iuris diſpoſitionem,& tamen in legatis ſecus.l.i.& ibi* Bar.*ff.de confir.tu.nec perdit tutelam quis,licet perdat hæreditatem,ut idem adhuc dicit,in.l.tutela.in.§.i.ff.de leg.tu.& quia ad idem,ac ultimo loco, legatum datur ratione affectionis,& propter merita.l.nec adiecit.ff. pro ſo.tutela autem non.l.qui filiabus.in prin.ubi rurſum* Bar.*ff.de lega.i.*

Quinquageſimus *ſecundus,eſt ab ultima uoluntate, ad factum* Iudicis.*l.i.§.ſed.ſi minus.ff.de tute. quod nihil aliud eſt dicere,niſi* ꝙ *factum* Iudicis, *æquiparatur facto teſtatoris.*

Quinquageſimus *tertius,eſt de tutoribus ad prælatos,& rectores eccleſiarum ; ut non fiat alienatio ſine decreto,bona fide interpoſito,non per obreptionem;imò*

q tria requiruntur neceſſario, Decretum, cauſa, & præſentia.l.i.& ibi Bal.in prin.ff. de reb.eo.

Quinquageſimus quartus, eſt de prodigo, cui bonis interdictum ſit, ad pupillum; taliter ut contractus non ualeat, ſi contrahat cum iuramento, quod conſenſum præſupponit; nec poteſt iurare, qui nõ habet libertatem conſentiendi. l.certi condictio. §.quoniam.ff.ſi cer.pet.l.fulcinius.ff.ex quib.cau.in po.ea.& eſt ueriſſimum, licet per omnia non æquiparentur; quia ſi iuraret cum authoritate curatoris, iuramentum ualeret.l.qui habet, & ibi Iaco. de Are.ff.de tute.& poſt eum Bal.in.l.i.in prin.in.ii.col.ff.de cu.fu.

Quinquageſimus quintus, eſt de cõtractu ad tutelã, ex quo in tutela etiam quaſi contrahitur, & ideo uidemus, q quis non minus aſtringitur ex tutela, quàm ex contractu, ratione prædicta, & in not. q.decidit idem Bal.in.l.i.in fi.ff.de teſta.

Quinquageſimus ſextus, eſt de iudicijs ad ultimas uoluntates; quod omnes admittunt, nec communiter dubitandum eſt. Sed ultra eos; adde, confirmari poſſe exemplo optimo; quoniam qui non poteſt eſſe teſtis in iudicio non poteſt utique etiam eſſe in teſtamento, uel cõtractu. l.qui teſtamento.§.eum qui.ff.de teſta.quod tamen limitabatur olim in hæretico; hodie non; ut ibidem per Bal. & in.l.i.in.fi.C.de ſum.tri.& fi.cato.& Inno.in c.cum cauſam.de cri.fal.

Quinquageſimus ſeptimus, eſt de bo.po.ad reſtitutionem, ex ſenatus con.Trebelliano.l.ſeruo. & ibi om=

nes not.ff.ad Treb.neutro caſu ſcilicet,iuſſum Domini requiri,ſi ſeruus agnoſcat, uel eidem hæreditas reſtituatur.eſt uerum,q. in reſtitu.ex Treb.conſenſus ſerui non requiritur;in bo.po.autem ſic;rationemq́; diuerſitatis reddit Bar.in d. l. ſeruo.in prin.

Quinquageſimus octauus eſt de pacto ad iuramentum;quo argu.utitur Iuriſcon.in.l. ſtichum.in.§.naturalis.ff.de ſol.& in.l.fi.in prin.ff.de iure iu.quæ inductione facilima ſunt;ideo tranſeo.

Quinquageſimus nonus, eſt de lege ad teſtatorem; nec habet dubium.l.in conditionibus primum locum.ff. de condi.& de.§.diſponat.in authen.de nup.& ita arguitur in.l.libertas teſtamento.ff.de ma.teſta.

Sexageſimus,eſt ab authoritate ruſticorum ſenum, aliquid dicere ſolentium;ut in.l.ſi chorus.ff.de lega.iii. ſed dictum fuit ſupra;in.vii.modo.

Sexageſimus primus,eſt de quantitate ad tempus; ut puta,q. in alternatiua debeatur id,quod eſt minus in quantitate uel tempore.l.ſi ita relictum.§.i.ff.de leg.ii.

Sexageſimus ſecundus,eſt de appellante ad excipientem.l.non diſtinguemus.§.cum quidam.ff.de arbit.& ideo ſicuti reus poteſt proponere contraria, ita poteſt appellans.l.cum filius.§.uarijs.& ibi Bal.ff.de lega.ii.

Sexageſimus tertius,eſt à practica, q̃d argu. multũ conferre uidetur ad cognoſcendum quod quid eſt; & hac de re dicimus,q. per appoſitionem pœnæ compromiſſum præſumitur.l.i.ff.de iudi.declarat idem Bal.in c.i.in.ii.lectu.in.ii.col.extra eo.

Sexageſimus quartus, eſt à duobus collegatarijs, ad duos reos credendi, qui legata capiunt de manu hære=dis.l.i.ff.quo.lega.& in terminis ſignanterq; eſt tex.in l.ſi Titio aut Seio.ff.de leg.ii.

Sexageſimus quintus, eſt de compatre ad patrem adoptiuum, quia neuter in ius uocatur abſq; uenia; imò q, maior eſſe uidetur ſpiritualis cognatio, quàm adoptionis uinculum, ſecundum Alex.in.l.generaliter.in.i.col. ff.de in ius uo.

Sexageſimus ſextus, eſt de precario ad commodatũ, l.i.ff.de preca. ſed tamen aduerte, quòd hoc idem fallit, & limitatur in.l.quamuis.ff.eo.inductione apertiſſima.

Sexageſimus ſeptimus, eſt de acceptilatione ad noua=tionem; quia ſicuti illa uim ſolutionis habet; ita habet & iſta.l.ex duobus.ubi Bar.in.vi.col.ff.de duob.re.

Sexageſimus octauus, eſt de querela ad reſtitu·in integrum, quia quemadmodum illa pariter reſcinditur abſque dubio reſcinditur & iſta; eodem Bar.teſte in.l. exceptiones.in.§.i.ff.de exceptio.

Sexageſimus nonus, eſt de cõſuetudine ad cõſuetudinẽ ut de lege ad legem c.i.ubi bo.glo.de feu.cogni.in uſib. feu.per quam ita etiam dixit Io.de Venaf.in conſil. xx. incip.ſtatuto.in.iij.col.et Fed. de ſen.in conſil.c.incip.fa ctum.in.ij.

Septuageſimus, eſt de ſtatutis ad ſtipulationes, quia fiũt per interrogationẽ & reſponſionem, ſtrictiq; iuris ſunt.l.i.ff.de leg.i.l.quidquid aſtringendæ.ff.de uerb. ob.firmat Bal.in conſil.ij.incip.uerba.in.i.col.in.i. uol.

Septua=

Septuageſimus primus, eſt de exhæredatione, quæ fit ante gradum, & poſt; ad pactum, quod fit ante contractum, & poſt; quia primo caſu informat actionem naſcituram; ſecundo uero, iam natam. ita idem Bal. in l. petens. in pe. col. C. de pact.

Septuageſimus ſecundus, eſt de dote ad donationem propter nuptias; quia ſicuti ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſi poſſunt uno caſu alienari; poſſunt & alio quidem. l. quoniam nouella. ubi plene Ias. in prin. C. de inoff. teſta. dixi ego late, in authen. res quæ. C. commu. de lega.

Septuageſimus tertius, eſt de ſacerdote ad Doctorem l. i. ibi, Cuius merito quis nos ſacerdotes appellat. ff. de iuſti. & iure.

Septuageſimus quartus, eſt de ſpurio ad ſeruum. c. conſuluit. de ſer. non ordi.

Septuageſimus quintus, eſt de infante ad furioſum, cum uterq; reſtituatur. Sed ille ut minor, iſte autem ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa ſubeſſe uidebitur. & ut per Bar. late in. l. ſi infanti. in. iiij. col. C. de iu. delib.

Septuageſims ſextus, eſt à Domini conſuetudine, uſq; adeo ut in mãdato generali, ueniat illud, quod ipſe Dominus facere conſueuerat, ſecundum eundem Bar. in. l. ſolutum. in. §. fi. ff. de pigno. actio.

Septuageſimus ſeptimus, eſt de bannito ad ſeruum; quo argu. genere utitur Nel. de S. Gemi. in tracta. ban. in. iiii. par. i. tempo. in. v. q. incip. an bannitus. quòd pendente cauſa uullitatis banni, bannitus interim offendi

non poterit propter ſpem; ut ſeruus, cui libertas ex fideicommiſſo debetur; qui propter ſpem, pariter dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione libertatis. l. cum uero. ff. de fideicom. lib.

Septuageſimus octauus, eſt de bannito ad excommunicatum; quia ſicuti ille poteſt iterum banniri; ita iſte poteſt rurſum excommunicari. quod tamen idem Nellus *diſputat in d. tracta. in. i. par. i. tempo. in. iii. q. incip. an ille. multa* Bal. *in. l. i. in. ii. col.* C. *de hæ. inſti.*

Septuageſimus nonus, eſt à proportione commodi et incommodi. puta in feudis, in quibus ſeruitium diuiditur in capita; ergo prædicta ratione etiam ſucceſſio, quemadmodum in not. q. determinat Bal. *in authen. ceſſante. in. ii. col.* C. *de legi. hæ.*

O*ctuageſimus, eſt ab exhæredatione ad excommunicationem, quia utraque nominatim fieri maximè debet. l. ii. ff. de lib. & poſthu. c. ii. de offi. ordi. ſentitq;* Nel. *de quo ſupra in præallega. trac. ban. in. i. par. i. tempo. in. vi. q. incip. an formato proceſſu. in. i. col.*

O*ctuageſimus primus, eſt de eccleſia, ad uniuerſitatem; & ideo illud, quod in ſeruis eccleſiarum ſtatuitur, ſtatui debet etiam in ſeruis uniuerſitatis, & prædictum argu. ſentit* Bal. *in. l. i. in fi.* C. *de ſeruis reip. ma.*

O*ctuageſimus ſecundus, eſt de teſte ad tabellionem. l. hac cõſultiſſima. §. fi.* C. *qui teſta. fa. po.* V*nde idem* Bal. *in. l. i. in. iiii. col.* C. *de teſt. dicebat, quòd deciſio illius legis, locum habet in tabellione putatiuo, ſicuti in teſtibus, ſi inſtrumenta confeciſſet inter ignorantes; ut eiſdem*

plena adhibeatur fides;perinde,ac ſi iuſtus et uerus fuiſſet.

Octuageſimus tertius, eſt de caſu feudali, ad alium non feudalem, haud deciſum à iure communi; ſi feudalis fundatus ſit in ratione naturali & iuſta, quoniam aliàs ſecus;ut per Ro.in conſil.ccxij.incip. quo ad primum.in ij.col.quem refert & ſequitur Iaſ.in.l.i.in.vi.fo.col.i.C. de iu.emphy. & ultimo loco Burg. in c.ſi uenditori. in yi.col.de emp. & uendi.

Octuageſimus quartus, eſt de mandato iuriſdictionis,ad mandatum procuratoris. & ideo ſi iſtud poteſt fieri ad lites futuras & ſub conditione.l.iij.ff.de procu. in mandato quoque iurisdictionis locum habebit. & firmat Archidi.in c.peruenit.in.i.col.xi. q. i. & Bal.in.l. qui procuratorem.in prin.in.i.lectu.in.i. col.ff. de procu.concludens inde etiam ꝙ omnia mandata ſunt paria. l.& quia.ff.de iu.om.Iu.

Octuageſimus quintus,eſt de commendatario ad uiſitatorem, quia neuter fructus beneficiorum ſuorum facit ſuos,glo.eſt in c.nemo.de elec. in yi. quam commendat ad idem Gemi. in conſilio xyi. incip. pro declaratione.in.ij. col.

Octuageſimus ſextus, eſt à commendatario rurſum, ad canonicum, quo ad præbendam; quia iſte non locat eam ultra tempus uitæ ſuæ; nec ille pariter: & ſic hoc caſu æquiparantur.c.ex literis.de proba. & in d. conſil.xvij.tradit idem Gemi. & ad materiam ſeruit.c. fine præla. ui.ſu.

Octuageſimus ſeptimus, eſt de arbitris cõpromiſſa-

rijs,ad arbitros iuris; in caſu tamen ut tertium eligere compellantur, ſi in unam ſententiam conuenire non poſſunt.l.item ſi unus.in fi.ff.de arbi.c.innotuit. & ſeq.eo.tit.c.ſuſpicionis. & ibi Abb.in.ij.not.de offic.del.et hoc quia aliàs differunt: poteſtq; à ſententia iſtorum appellari,illorum autem non,quia uoluntariè eliguntur.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatisda.co. & not. idē Abb.in loco præællega.in glo.iij. & quia arbitri compromiſſarij à principio acceptare non compelluntur;iuris autem ſic; ut ibidem.

Octuageſimus octauus,eſt de adoptione ad ſacerdotium;quia quemadmodum adoptio probari debet.l.eam quam.C.de fideicom.ita debet probari ſacerdotium.puta,ſi relinquatur quid Titio, tanquam ſacerdoti; ut ibi Bal.declarat, in.ij. col.

Octuageſimus nonus, eſt ab amicorum ui,quæ maxima eſt,ut ſupra de amicitia.

Nonageſimus, eſt de delegato, ad collectorem; qui abſque ſpeciali commiſſione Papæ,poſſunt inuocare brachium ſeculare,habentes iurisdictionem licet delegatam, ut per Docto.in c.ſignificaſti.de offi.dele. tradit Bellen. in tracta.de charita.ſub.in.xci.q.incip.tenendo. in prin. & in.xcvij.incip. an collector.

Nonageſimus primus,eſt de uenditione ad permutationem.l.i.ff.de re.permu.& propterea licet inferre,ſicuti uenditor ante euictionem non tenetur.l.ſeruus.§.fi. ff.de ac.emp. q.nec teneatur pariter permutans,ſed non eſt generale.ideo uide Gamma.in repe.cap.i.in.ix.col.et

ſeq. de re.permu. in.vi.

Nonageſimus ſecundus, eſt de literis ad libellum; adeo ut dixerit alibi But.in c.cum contingat.in.v. col. de offi.del.q. qua ratione delegatus ſuper inſinuatione, uidetur delegatus etiam ſuper confirmatione, & è contra, eadem libellus fundatus ſuper una, uidebitur etiam fundatus ſuper altera.

Nonageſimus tertius, eſt de ſynagoga, quo ad Iudæos, & eccleſia, quo ad nos; quia quemadmodum in hac conuocatur populus fidelis, ad ueram Chriſti fidem; ita in illa conuocatur Iudæi ad ſuas ceremonias exercẽdas; & not.in c.conſuluit.de Iudæ. & in c. eccleſia. de conſe.diſt.i.& in c.extra catholicam.i. q.i. & per Bal. late in conſilio.ccccxxviij. incip. ſanctiſſime.in ult.col. in.v.uolu.

Nonageſimus quartus, eſt de adoptione, ad unionem; quia neceſſe eſt utroque caſu, illum conſentire, de cuius præiudicio agitur.l.nam ita diuus. ff.de adop.& in terminis inducit, hoc ipſumq; argu.format idem Bal. in conſilio.i.in prin.in.i.uolu.

Nonageſimus quintus, eſt de tutore, ad magiſtratu.l.præfertur.ff.de ri.nup.licet q; ex eo elicere, quia tutor nõ tenetur de leuiſſima culpa.l.tutori.l. ex facto.ff. de neg.geſt.nec magiſtratus. uidendus ẽ ad idẽ tamẽ Paris de pu.in tracta.ſyndica.in.§. negligẽtia.in.iiii.col.

Nonageſimus ſextus, eſt de gratia, ad ultimam uoluntatem; quæ falſa demonſtratione non uicientur.l. demõſtratio falſa.ff.de condi.& de. ſi de gratia maximè fa=

uorabili intelligamus.c.dudum.de præben. in.vi.declarat Ancha.in conſil.ccxcv.incip.pro clariori.in ult.col.

Nonageſimus ſeptimus,eſt de procuratoribus ad exequutores ultimarum uoluntatum; quia hi etiam quaſi procuratores poſt mortem conſtituti eſſe uidentur, ita Bal.in.l.itē ad litē. in fi.ff.de procu.ſubiiciens hac ratione,q, utroque caſu plures gradus fieri poterunt; & bene.l.ſi uero non remunerandi.§.fi.ff. manda.

Nonageſimus octauus,eſt de ſcholaribus ad religioſos.l.i.ff.de iuſti. & iu. & in ſimili dictum fuit ſupra, ſed adde nouiſſimè,q, ſicuti,religioſi, non habentes loca condecentia, compellunt Dominos ad ſibi domos locandas;ita compellunt ſcholares;& ſeruatur in practica. l. decernimus.& ibi Gul.de cu.C.de epiſ. & cle.l.i.C. de ſtu.lib.urb.Ro.lib.x.& in terminis tradit Bal.in.l.i.in y.col.ff.ſolu.matri.

Nonageſimus nonus,eſt de dote ad tutelam; unde ſicut pater pro dote ſe obligat; ita obligat ſe pro tutela; licet non ſit uerum generaliter; quia fideiuſſor non datur primo caſu; ſecundo autem ſic. quod tamen declara. uerum in dote conſeruanda;non in reſtituenda.l.i. C. ne fideiu.do.den.& Bal.uide,in.l.ſi cum dotem.in.§. tranſgrediamur.ff.ſol. mat.

Centeſimus & ultimus, eſt de edicto Prætoris ad ſtatutum. Qua de re ſicuti uerbum ſcientia, primo caſu intelligitur de uera acquiſita per ſenſum corporis; ita intelligetur ſecundo.l.iii.§.hæc uerba.ff. de nego. geſt. & ſeruit ad materiam congrui;in qua idem dicit Mat-

thæ. Afflic. in tracta. iuris prothomi. in. §. ut infra. in iiij. col. Cætera, quia iam eſt tempus, ut traſeamus ad alia, uidebis in locis ſupra allega. hæcq; ad unguem, cum pulchra, tum utilia, obſeruabis. in quibus, uelut theſauro quodam, omnia ferè, faciendæ fidei inſtrumenta, repoſita ſunt; quæ locos communes, dialectici appellant.

OBSERVATIO. XX.

De Arbitris, & Arbitratoribus.

Arbitrorum materia etiam diffuſa eſt ſatis tantumq; alibi tractata, ut nihil penitus nobis relictū eſſe uideatur. Sed tamen ſciendum eſt, ꝙ qui ſe compromittit in arbitrum, Iudicem ſpernit; uſque adeo ut de rigore iuris ciuilis, laudum ab eo corrigi non poßit. l. non diſtinguemus. §. ſtari. ff. de arbit. et de rigore dixi; quia de æquitate, ſi enorme fuerit, ſecus; non per appellationem, ſed per recurſum ſimplicem, implorando ipſius Iudicis officiū miſericorditer, loco deficientis appellationis. l. arbitrio. ff. qui ſatisda. co. & optimè declarat Bal. in c. cauſamq;. in. ij. col. de elec. Item ꝙ arbiter, arbitrator, arbitratus, & ſimilia, ius ſignificant, ſecundum Bar. in. l. peculatus. ff. ad leg. Iul. pecu. quodq; arbitrium liberum, tribus modis dicitur, quando quis poteſt præferre iniquum æquo; quando nulli ſolēnitati eſt ſubmiſſum; & quando nullo cogente imperio, ſed ſola uoluntate fit. l. fideicommiſſa. §. quanquam. ff. de lega. iij. l. i. in

prin.ff.de mil.teſta.l.ſi quis maior.(ſingula ſingulis referendo)C.de tranſac. Et q̃ deniq; conceſſum ſapientibus,nunquam extendit ſe,q̃ ipſi poſſint derogare priuilegio alterius.l.decurionibus.C.de ſilen.lib.x.l. dotalem.& ibi Bal.in fi.ff.de mil.teſta. Sententia etiam in materia,eſt laudo fauorabilior.l.tale pactum.§.qui prouocauit.& ibi Bal.in lectu.in fi.ff.de pact.Sed arbiter poteſtatem habet magis latam,quàm Iudex.patet, quia iſte pronunciat ſecundum iura.§.i.in authẽ.iuſiu. quod præſta.ab his.ille uero æquè & iniquè .l.diem proferre.§.ſtari.de arbit.c.dilecti . extra eo.tit.tradit Abb. in c.ſi pro debilitate.in.ii.col.de offi.dele. Dummodo nõ ſit talis in facto proprio,quoniam lex reſiſtit,nec eſſe poteſt etiam parte conſentiente;ſicuti nec Iudex,ad arbitratoris differentiam, cui hoc idem permiſſum eſſe uidetur.l.pe.ff.de arbit.l.ſi libertas.ff. de ope. lib. declarat idem Abb.in c.cauſamq;.in.i. col. de offi.dele . Verum quæritur nunquid arbitri compromiſſarij , ab arbitris iuris differant.Sol.differunt in aliquo,& in aliquo æquiparantur.ecce,differunt, quia illi à principio acceptare non coguntur;iſti uero ſic.l.iij.ff.de arbit. c. cum ſpeciali.de ap.nec à laudo appellatur; à ſententia autem ſic.c.à Iudicibus.ij.q.vi.l.i. C.de arbit. Conueniunt uerò,quia diſſẽtientes, tertium eligunt coacti.l.itẽ ſi unus.in fi.ff.de arbit.c.innotuit.eo.titulo extra. diſcurrit idẽ Abb.in c.ſuſpicionis.in.ij. col.de offi.dele.Ad idẽ,quæritur,an iſti iuris, ſint ordinarij,uel delegati, uel mixti.Item an habeant officium . et an eorum appellatione

ueniant arbitratores. Et ad primum reſpondetur, quòd potius delegatis, quàm alijs æquiparantur. Ad ſecundum, q. ſic. Et idem pariter ad tertium. d. c. ſuſpicionis. c. uno delegatorum. de offi. del. c. ab arbitris. eo. titulo. in vi. conſyderando tamen, in multis arbitrum & arbitratorem differre; de quibus in. l. ſi ſocietatem. in. §. arbitrorum, ff. pro ſo. Sed quid ſi compromiſſarij ex forma ſtatuti, tenerentur acceptare, & repudiarent? Sol. nihil facerent; quia quod ex neceſſitate fieri debet, repudiari non poteſt; ſecundum Bal. in. l. non iuſtam. per illum tex. in fi. C. ad treb. Nota etiam q. arbitri ſalarium habere debent à partibus. l. multis. & ibi Bar. C. de prin. agen. in reb. lib. x. & ad propoſitum ſciendum eſt in ſimili, q. arbitrium Iudicis quoque, non parum deſiderari uidetur in his, in quibus facti uarietas conſiſtit. l. mora. de uſu. l. ea quæ. & ibi Bal. in fi. C. quomodo & quando iud. Arbitrorum etiam intereſt, ſua lauda non ſperni. & ideo dicebat hac de re Bal. q. non ſolum pœna in compromiſſis apponitur, fauore contrahentium; uerum etiam hoc reſpectu; quodq; datio in perſona alterius eſt factum reſpectu arbitri; ita ut non immerito etiam pœna committatur in. ij. col. C. de uſu. & bene. l. liber homo. §. fi. ff. de uerbo. ob. Sed nunquid arbitrator poſſit tranſigere ſuper debito liquido? Dic, q. non, niſi modicè lædat; quia tranſactio eſt ſpecies donationis. l. ſi hæredes. & ibi Bal. C. de teſta. ma. Et ſi in genere dubitetur quid ſit arbitrium; reſpondebo, nihil aliud, quàm æquitas animi declarati, habito reſpectu tam ad æquitatem

ipſam naturalem, quàm ad legum præcepta.l. rem non nouam.C.de iudi.l.bona fides.ff.depo.tradit Bal.*in.l.in uendentis.in pe.col.C. de contrahen.emp. ad differentiã uoluntatis, quæ animi motus dicitur nullo cogente; quoniam ſi cogatur, patitur uim, & non eſt in ſuo arbitrio, ut ibidem, & in.l.dudum.C.eo.* Dicunt etiam *Docto.de arbitratore loquentes,* ꝙ *aßumitur à partibus, quodq́; inter eas organum medium ẽ, ex cuius facto, ipſis quæritur; quodq́; eius laudum, tranſactio quædam appellatur.l.conſenſu.ff.de actio.& ob.c. qui per alium. de regu.iu.in.vi.& in authen.ut diffe.Iudi.in prin. & in authen.ſi uero contigerit.* C. *de* Iudi.*præcipuè* Ancha.*in conſil.cclxi.incip.uidetur.in fi.&* Ro.*alibi,* ꝙ *eſt amicabilis compoſitio, quæ per uiam arbitramenti quoque permittitur, præterquam in cauſa matrimoniali; in conſilio.ccxcix.incip.in propoſita conſultatione.in.ij. col.et. probatur in c.de cætero.& in c.ſuper eo. & in c.fi. de tranſac.& per ſcriben.in.l.fi.C. eo. & in c. niſi eßent. de præben.Et alibi,* ꝙ *licèt lex fingat in ſententijs rigorem, dicens pro ueritate accipi, poſtquam tranſiuit in rẽ iudicatam.l.res iudicata.ff.de re iudi.l. ingenuũ. ff. de ſta. ho. c. quod ad conſultationem. de re iudi. longè magis tamen id facit in laudis; quia omnem querelam contra ea excludit ut ſupra; adeoq́; ſanctos, & probos uiros, reputat arbitratores; ut ab ipſis dolus committi non poßit; nec contra hanc fictionem admittat probationem in contrarium; uelitq́; eis ſtari, tanquam euangelio.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbit. idem* Ancha.

in conſil.ccxxi.incip.diſcutiendum.in prin. & latius alibi, de prædictis in conſil.cclxix. incip. pro declaratione.in.ij.col.per totam. Sciendum adhuc eſt, q arbitrator ſententiam ferre clauſam poteſt; & ipſam dare partibus ſine citatiõe; ex quo eſt quid extra iudiciale, argu. in.§.i.Inſti.de pub.iudi. & ſentit idem Bal.in.l.i.in ul. col.C.de ſen.ex pe.reci. Item q arbiter non delegat, ne propagentur arbitria.l.non diſtinguemus.§.quæſitum. ff. de arbit. & idem in tutoribus aut exequutoribus, quorum induſtria electa eſt.l.unica.§. ne autem. C. de cad.tol.declarat idem Bal.in.l.cum magiſtratu.in.i.col. C.quando prouo. non eſt ne. Item q arbiter attentare non poteſt quod in compromiſſo non cauetur.l. non diſtinguemus.§.de officio.ff.de arbit.& per eundem Bal. in.l.terminato.in.ij.col.C.de fruc.& lit.ex. Item quòd eidem non currit tempus, niſi à die acceptationis compromiſſi; quia ante acceptationem non eſt arbiter, argu. in.l.tali ff.de iu.do.teſtatur idem Bal.adhuc, in.l.ſi cum dies.in.i.lect.in fi.prin.ff.de arbit. Itẽ q poſſet eſſe tãtæ authoritatis, q partes ad eum ire cogerẽtur, argu.in.l. ad egregias.ff.de iure iu.& in d.l.ſi cum dies not.idem Bal.in.§.ſi arbiter. in fi.puta, quia ſacerdotium haberet, ex quo lex non prohibet ſacerdotem eſſe arbitrum: l.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff.eo. Sed quid, ſi inimicitia oriatur inter arbitrum & partem; poterit ne proteſtari pars, q non arbitretur? Inquit idem Bal. in d.l.non diſtinguemus.in.§.cum quidam. in prin. quòd ſic; quia ſemper inimici prompti ſunt ad nocẽdum.c.re=

pellantur.c.cum p.c.meminimus.de accuſa. Et *ſi arbitri diuerſi fori, eſſent in pronunciando diſcordes; quid iuris? Sol.in compellendo neceſſarius eſſet uterq;* Iudex.*l.* Iuris *peritos.§.cum oriundus. & ibi idem* Bal.*ff. de excu.tu.& ſi non arbitrarentur intra tempus compromiſſi, cōtra eos ageretur.l.i.§.diuus.ubi idem not.ff.de magiſtra.con.& iſta deberent ſufficere, ſed unum nec etiam prætermitto, uulgatum adducere; q; arbitria hodie ad inſtar iudiciorum redacta ſunt.l.i.ff. de arbit.l. rem non nouam.§.i.C.de iudi. & poteſt exemplificari, quo ad libelli oblationem, lit.conteſta. iuramentum cal. ſententiam recitandam in ſcriptis, & ſedendo quidem, ac diebus non feriatis in honorem* Dei.*ita* Abb.*in c.cum dilectus.in.i.col.de arbi.* Et *hac ratione alibi tex.in.l. ſi qui ex conſenſu.*C.*de epiſ.audi.arbitrium, iudicium appellat.* Dicitq; Bal.*alibi, q; arbiter inter compromittentes habetur ut* Iudex, *in.l.i.in.§.fi.in.fi.ff. de ma. con. aliqd* Bar.*in.l. principales.*C.*de iu.cal.* Et *alibi* Alex.*in.l.ſub prætextu.ij.in.ij.col.*C.*de tranſac. q; de ſententia, arbitri iudicabitur ut de ſententia* Iudicis; *quæ non ualet contra ius lata, nec laudum pariter.c.examinata.ubi* Abb.*in prin.de confir.uti. uel inuti. & quia ſeruus in iudicio eſſe non poteſt.l.ſeruus.* C.*de* Iudi.*non poteſt pariter compromittere. l.licet.§. ſi ſeruus.ubi* Bar.*ff.de pecu.*Quod *tamen ſcias non eſſe generaliter uerum; quia de cauſa reſtitutionis in integ. cognoſcit de legatus & ordinarius, & tamen non poteſt cognoſcere arbiter.l.fi.*C.*ubi & apud quem.* Ad *idem, actor*

ſatisdat de proſequenda lite in caſu authen. generaliter. C. de Epiſco. & cleri. & tamen ſecus ſi cauſa moueatur coram arbitro; ut ibi per Odof. in prin. Ad idem, filius non poteſt ſtare in iudicio ſine patris conſenſu. l. fi. §. neceßitate. C. de bonisq; libe. & tamen compromittere poteſt, d. l. licet. §. ſed ſi filius. ff. de pecu. Et ſi alias differentias ſcire cupias; dic, quòd diſcrepant etiam; quia extra compromißum nil poteſt arbiter, ut ſupra. Iudex autem ſic. l. i. ff. de iu. om. Iu. Et quia arbiter non punit contumaciam litigatoris; nec cogit teſtes, niſi in caſu c. ſuſpicionis. de offi. dele. Iudex autem ſic. Et quia arbiter non pronunciat, niſi utraque parte præſente; Iudex autem ſic. Et quia arbiter non citat ad aliũ locum, quàm compromiſſi; Iudex autẽ ſic. Et quia arbiter non delegat arbitrium, ratione de qua ſupra; Iudex autem ſic. l. à Iudice. C. de iudi. Et quia ſatisdatio de iudicio ſiſti, in arbitro non eſt neceſſaria; in Iudice autem ſic. Et quia mora non purgatur in arbitro, quando dies ab homine præfixus eſt; in Iudice ſic. Et quia ſententia arbitri non infamat; Iudicis ſic. Et quia renunciatio appellationis per factum, facit in Iudice, ut ab eo non recedatur; in arbitro ſecus. Et ut latius, ubi hæc omnia, in c. cum dilectus. in glo. non poteſt. de arbit. Multaq; alia adduci poſſent, quæ breuitatis ſæpedictæ ratione, miſſa facimus; ad alia tranſeuntes.

MARCI MANTVAE BONAVITI, PATAVINI Iuriſcon. publiciq; matutini interpretis, Obſeruationum,

LIBER TERTIVS.

OBSERVATIO XXI.

De actione anormala, deq; aliis ſimilibus, certas ſedes non habentibus.

EX QVO *ſupra de actionibus diximus multa; de his uero nihil; aliqua nunc de induſtria ſubijciemus, ſimilia ipſis tamen; intermiſcentes quæ non tam prodeſſe tibi ipſi poßint, quàm unumquenque delectare. Anormala igitur actio eſt etiam ultra ſupra dictas, quæ certam ſedem non habet. exempli gratia, de peculio, quum ſeruus argentariam exercuit. l. Prætor ait. §.i. & ibi Bar. in fi. prin. ff. de æden. Item & in factum, ſi detur ex uarijs cauſarum figuris, ſecundum glo. pariter in rub. ff. de præſcrip. uerb. & in ſimili. in cauſa, inquit Bal. in c. quoniam. in. §. in alijs. in prin.*

ut lite non cont. Item *noxalis, quod met.cau. & ad exhibendum, huiuſmodi ſunt; & alias in rem ſcriptæ. quod declarat* Odoſ.*in.l.iij.in.§.eſt autem.in.ij.col.ff. ad exhiben. & glo.ante eum, ubi alia multa, in.§.quædam.in uerbo confines.Inſti.de actio.* Qui *dicit etiam in.l.licet.* C.*de procu.in ſimili, q. exceptio falſi procuratoris, anormala eſt; quodq; ſapit naturam dilatoriarum, in eo, q. opponitur ante litem conteſtatam; peremptoriarum uerò, in eo, q. opponitur poſt.* Et alibi Bar. & Bal.*in.l. ſi quis ſub conditione.in ulti.col.ff.de teſta.tu. q. auia et mater, tutrices ſunt tales, ex quo tutela earum quoq; eſt irregularis.* Et idem *dicit, idem* Bal.*in.l. iij.in prin.* C.*ad* Tertul. & *in.l.omnem.in prin.* C. *ad* Treb. *ubi etiam ſcribit matrem anormalam omnibus legitimis præferri, ſi uelit.* Hæres *rurſum anormalus dicitur; ubi ſucceßio regularis non eſt pariter; puta in q. eiuſdem* Bal.*in.l.ſi quis poſthumos.in.§.i.in.i.& .ij.col.ff.de libe. & poſthu.* Qui *tamen dicit alibi, in.l.eã quam.in.iiij.* C. *de fideicom. q. ſapit qualitatem omnis hæredis.* Et *aliæ exceptiones quoque, ultra explicatam ſupra, ut non numeratæ pecuniæ; non numeratæ dotis; & quam opponit fideiußor, ut reus prius conueniatur, huiuſmodi ſunt, ut per glo.in.l. exceptiones magna. in fi. ff. de excep. quam commendat* Alex.*in.l.imperium. in.iiij.col.ff. de iu.om.Iu.aliquid* Bal.*in c.cum omnes. in. viij.de conſti.* Qui *inquit etiam alibi, & adhuc in authen.itaque.in fi.* C.*communia de ſuc. q. quidam ordo anormalus eſt inter fratres conſanguineos tantum, & uterinos tantum.* Et

alibi, q ſi bona adita ſint cauſa conſeruandarum liber=tatum, ſucceſſio noua, atque miranda dicitur, Et ut ſu=pra anormala, in.l.ex teſtamento.C.de teſta.ma.& ali=bi glo.in.§.ſi plures.Inſti.de fideiu. q exceptio, ultra ſupra dictas, epiſtolæ diui Adriani, eſt anormala. Et alibi idem Bal.in rub.de proba.extra, in fi. q interdum reſultat probatio quædam anormala, ſicut ex equo & aſino, animal huiuſmodi, quod non generat, ut mulus. Et alibi, q, eſt etiam quædam manumiſſio anormala & ir=regularis, in.l.i.in prin.C. communia de ma. per illum tex.ubi caſus ſatis clarus, & in, l.fi.in.iij.col.C. ſi à non compe.Iud.fue.ap. q ſententiæ excommunicationis, ſu=ſpenſionis, & interdicti, eſt anormala; ſicut ab eis etiam appellatio. Fœmina quoque, ultra dicta ſupra, hæres a=normalus eſt, quando in defectum admittitur maſculo=rum in feudo, eodem Bal.teſte, in c.i. in. §. quin etiam. Epiſ.uel abba.in uſib.feu. Et in ſimili, in.l. ſi quis. filiũ. in.iiij.col.C.de inoffi.teſta.& p Ancha.in conſil.ccxx. incip.hæc quæſtio.in.ij.col. Et alibi idem Bal.in c.i.in §.donare.ad fi.qual.feu.alie po.in uſib.feu. q eccleſia, etiam, dicitur hæres anormalus, non naturalis & legi=timus. Et alibi Nel.de s.Gemi.in tracta.ban.in.iij.par. ij.tempo.in.iiii.q.incip.quando hæc exceptio.q exceptio Tu nõ debes audiri, eſt anormala, ex quo poteſt etiam poſt ſententiam opponi; non ut nulla ſit, ſi ualet, ſed ad impediendam eius executionem. Et alibi Archi.in c. ſi quis.in.ij.col.iij.q.vi.q ſi Iudex me confitentem condẽ=naſſet ad danda centum Titio intra decem dies, quia

mihi

mihi uendidit equum;potero opponere poſt d. terminum exceptionem,me non teneri, quia mihi nunquam equum tradidit.& uocabitur anormala. Et alibi Bal.adhuc,in *l.ſuper rebus.in.v.col.C.de contrahen. emp.q. fiſcus nõ eſt omnino loco hæredis,ſed ſucceßor anormalus,& ſeruit ad multa;quæ pro loco & tempore, poterunt ex his determinari,memoriæ commendandis.*

OBSERVATIO XXII.

De Ablatiuis abſolutis.

Scribenda *ſub hoc genere,magnũ deſiderãt tractatum;quod tamen facere non intendimus, nec inſtituti noſtri eſt;ex quo alibi multa dicta fuerunt; & maximè in rub.ff.ſol.mat.& in.l.ab emptione.ff.de pact. & in l.unica.C.quando non pet. par. aliqua igitur dicam tãtum, quæ ſubſtantialia ſint, & quæ mihi magis neceßaria eſſe uideantur,ac ad regulam pertinentia; & præcipuè,q. ablatiui abſoluti, reſoluuntur in conditionem.l.à teſtatore.ff.de condi.& de.l.euictis.ff.de uſu.l.fideicommißa.§.cum eßet.ff.de lega.iij. adde (ut dico ego in d.l. unica.in.ij.lectu.in glo.i.C. quando non peten.par.) uerum eſſe,ſi tempus futurum reſpiciant, non ſi præteritum, quia tunc diſpoſitionem inducunt.*Et idem,*ſi referantur ad eos,quos teſtator grauare potuit;aut inde reſultet abſurditas,poſt* Bar.*in extrauagan.ad reprimen. in uerbo ruptis.& in d.§.cum eßet. & in.l.ij.in.§.ui=*

dendum.in.ij.col.ff.ad tertul.& in.l.in ratione.in.§. tã & ſi.ff.ad leg.Fal. De mente tamen Bar.alibi eſt,ſi fuerint præteriti temporis,q, in præſenti reſoluatur, in.l. quo naufragium.in.§.deinde.ff.de iniur. Reſoluuntur etiam in conditionem regulariter,ſiue à lege, ſiue ab homine proferantur,ut inquit Signo.homo.in conſi.lxviij. incip.quædam mulier.in.iiij.col.quod tamen non firmo. & idem uidendus eſt poſtea in conſil.lxix.incip.in quæſtione in vij. col.Dici ẽt Bar.in.l.ſub conditione.in pe. ff.de ſol.q, uerbum ut,modum inducit;niſi ablatiui abſoluti miſceantur;quoniam tunc conditionem faciet. Et q, non ſemper in conditionem reſoluantur ut ſupra, uidetur poſſe probari in.l.i.C.de bo.po.ſe.ta.ibi,incerto adhuc.quod uerbum ſimiliter exponitur, ideſt quia incertum.& in.l.etiam.in.§.libertus.ff.de bo.lib. ibi,exiſtente conditione,ideſt quia exiſtit conditio. & in.l.i.ff.de lega.i.& ſimilibus. & fortè quia ubique exprimebatur id,quod tacitè inerat;ſicuti etiam in d.l.unica.in.ij. lect. C.quãdo nõ pet.par.& hac de re dici poteſt,q, non erãt ablatiui abſoluti; quia aliàs conditionem induxiſſent. Verba etiam, inſpectis cognitisq; uerbis teſtamenti.poſita in.l.de his.ff.de tranſactio.hoc ipſum ſonant, & tamen non ſunt huiuſmodi, intelliguntur q; oculo intellectus,ſecundum Bar.in.l.qui Romanæ.in.§.duo fratres. in.vij.col.ff. de uerbo.ob. Sed quid ſi dicatur confitenti remittatur? Sol.perinde eſt,ac ſi diceretur, ſi quis confiteatur;quoniam per datiuum fit conditio;ſicuti per ablatiuum, cui æquipollet.& eſt not. uerbum Bal.in.l.i. in

ulti.col.C.de fur.expedit etiam ſcire, quando in condi=
tionem reſoluantur; quia in eis ſumetur quoque argu. à
contrario, cum ſit regulare, ſumi in diſpoſitionibus me=
rè conditionalibus.l.pecuniam.ff.ſi cer.peta.l.aliquãdo.
ff.de condi.& de.tradit Iaſ.latè in.l.i.in. xvi.col. ff.de
offi.eius.Et ad regulam ipſam dixit adhuc Phil.Deci. in
conſil.xi.incip.quoniã.in vi.col.in.i.uol.ꝙ etiam in ſtatu
tis ablatiui, abſoluti, reſoluitur in cõditionẽ. Nec ſecus
Io.Cro.in repe.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.in xlix.ff.de
libe.& poſthu.& Ro.in conſil.iiij.incip.ſententiam. Et
idem in teſtium depoſitionibus, uerba ipſorum ponderã
do, Ancha.in conſil.cccxxxi.incip. Viſis.in.ij.quæ à ſu=
pra dictis pendent.Et in uerbis teſtamenti idem Deci.in
conſil.liij.incip.& pro tenui, in.ij.col.eo. lib. & Alex.
in conſil. xlix. incip:memor. in. vi.in iiii. uol. Et in re=
gulis expectatiuarum, ut ibi in glo.dicit, in vii.par.inci.
ipſi tamen.in.i.col.ponderando uerba, cæteris paribus.
Et alibi Alex.in conſil.cxix.incip. Viſo.in ii. in.i.uol.ꝙ
tam in ultimis uoluntatibus, quàm contractibus, locum
habet; Quando in lege tamen poſiti eſſe reperiuntur ul=
tra ſupra dicta, gratia frequentioris uſus, non impor=
tant miniſterium iuris, nec in conditionem reſoluuntur,
ſecundùm Iaſ.in.l.moribus.in iiii. col. ff. de uulga. &
pup.ſub.latè in d.rub.ſol.mat. Diſtinguit in materia ẽt
Bal.alibi, nec eſt prætermittendum; ꝙ aut ablatiui abſo=
luti, cadunt ſuper certo, aut ſuper incerto; ut primo caſu
conditionem non faciant; ſecundo autem ſic; in.l. i. citata
etiam ſupra, & de induſtria non inducta hac de re, in

iiii.col.in xi.oppo.ff.de lega.i. & ad regulam q. reſoluantur,extendi poteſt etiam ad bullam, ſiue reſcriptum Pontificis,ut extēdit Pau.de caſt.in conſil.cclxxi.incip: uiſo.in prin.in.i.uol.Et ad electionem, ut per Ripam in conſil.xxxii.incip.Quæritur.in prin.in ii.lib. Et ad decretum carcerationis,ut per eundem,in conſil. xiii.inci: Viſis.in v.col.in.i.libro. Ex quibus omnibus, ſi placet, ſumito tibi ampliationes & fallentias,quantū ſit ſatis.

OBSERVATIO XXIII.

De Anima,eiusq; fauoribus.

Animæ fauor quàm maximus eſt, cæteris præponendus; nec immerito, quia & ipſa eſt omni alia re etiam pretioſior;ut dixi in.l.ſancimus.in collecta. late.C.de ſacroſanc.ec. & nouiſſime, ſubſtantia quædam inuiſibilis, ac immortalis; adeo ut prima facie directo hominis uita per uiſum probari nō poſſit. Sed lege Bal. & ueritatem habebis,in c.cum cauſam.in iiij.col. de teſti. & tota in toto corpore; ac tota in qualibet ipſius parte,ſecundum Bar.in.l.ſtipulationes non diuiduntur. in ij.col.in fi.ff.de uerbo.ob.& Iaſ.in.l. iij. in prin.in ulti.ff.de acqui.po.Sicut anima cœli,tota ſimul eſt in toto cœlo,& in quibuslibet cœli punctis; ſecundùm Platonem. Anima rurſum tres habet potentias, ſenſitiuam, nutritiuam,& intellectualem;ut in obligatione & poſſeſſione etiam noſtri ſentiūt,præſertim Bal.in.l.ſi unus.

in.§.pactus. in uer.qđ in ſpecie.in ij.col.ff.de pact.Inq́; ea adhuc tria; Intellectus,ratio,& uoluntas. Intellectus examinat;ratio determinat; & uoluntas acceptat. Ita idem Bal.in conſil.Sciſma.quod poſitum eſt ſub titu. C. ſi quis aliquem teſta.pro.in x.col.Et adde,quòd hac de re,qualiſcunque diſpoſitio,pœnalis,uel correctoria,extenditur,ut not.in c.ex tenore.qui fil.ſint legi. & in c. pro humani.de homi.in vi. tradit ad longum D. meus Anto.Bur.in c.ad noſtram.in iij.col.de emp.& uen.& Deci.in regu.factum.in.§. fi. in ulti. col. de regu. iu. Quodq́; tutior uia ſemper eſt eligenda, ubi de ipſius periculo agitur.c.ad audientiam.c.ſignificaſti.c.pe.de homici.c.iuuenis.de ſponſa. per quæ iura, dicit etiam alibi Corne.in conſil.lxxi.incip. ad euidentiam. in iij. col. in iiij.uol.quòd ille qui debet dotem reſtituere, ſi fuerit in mora,non tenetur tamen ad uſuras,poſt Inno. & Ioan. And.quoque,in c.ſalubriter.de uſu. & Bar.in.l.in inſulam.in.§.uſuras.ff.ſol.mat.& in.l.at qui natura.in. §. non tantum.ff.de nego.geſt. Et quòd in caſibus iſtis denique poteſt quis uenire contra factum proprium; ita ut ſententia etiam in cauſa matrimoniali lata,nunquam trãſeat in rem iudicatam.c.lator.c.conſanguinei. & utrobique not.de re iudi. quod pro limitatione ad tex. in.l. poſt mortem.& ſimiles.ff.de adop.Obſerua. Et ad idẽ, dic,ꝗ licèt quis pariter non audiatur, propriam allegans turpitudinem.l.i.& ibi dixi,in collecta.C. de fur. auditur tamen ubi uertitur animarum periculum. d.c.lator.d.c.conſanguinei.et nouiſſime tradit Abb. in c.cum

M. Ferrarien. in iii. col. de conſti. Quæ etiam pro anima relinquuntur, dicuntur relinqui ad pias cauſas; ita ut non poßit eſſe nõn fauorabilis. l. ſi quis Titio. ff. de leg. ii. tradit Corne. in conſil. cccii. incip. præmittendum. in ii. col. in iiii. uol. imò q, ponitur inter miſerabiles perſonas; cum non ualeat, poſtquam corpore ſoluta eſt ſe tueri, eodem Bal. teſte, in c. conqueſtus. in fi. de fer. Sciendum eſt q, non minus animæ fauor, quàm libertatis corporalis, reputatur, ſecundum eundem in. l. i. in iii. col. C. de confe. Vbi etiam eius ſalus uerteretur, mulier aliàs prohibita poſſet eſſe procuratrix, ut poſt Archi. in c. ſcriptum. vi. q. iii. inquit Deci. in regu. fœminæ. in iii. col. ff. de regu. iu. Et hinc eſt, q, authen. ſacramenta puberum, quæ loquitur in contractibus, habet etiam locum in diſtractibus, fauore animæ. l. ſi apud. & ibi Alex. in. i. col. C. de tranſac. Nec retractatur tranſactio uigore iuramenti iudicialis, niſi uertatur animæ fauor, ut aſtruit Abb. in c. fi. in iii. col. de iure iu. Et q, immortalis, diuina, ac perpetua ſit, ut ſupra, & perfectio quædam, quæ etiam alios iuſtificat, & una habens multa officia, ac miniſteria; tenuit Bal. met, in. l. iuſtitia. in prin. ff. de iuſti. & iu. & in. l. ex hoc iure. in v. col. ff. eo. & plus dico, q, impoßibile eſt, ipſam bene dirigi in ſuis operationibus, dum eſt corpori alligata, niſi ei deſeruiant uirtutes organicæ. quod & Anto. roſel. ſenſit pariter, in tracta. de poteſtate Papæ, in viii. col. Eſt etiam anima, adhuc Bal. teſte, incorporea, ut Angeli; ideo eius receßus à corpore uideri nõ poteſt, in. l. data opera. in xi. col. C. qui accu-

non po. quæ dominatur corpori, dominio diſpoſito, id eſt uero; & eo, quo dominatur Dominus ſeruo; ut idem Ro. inquit in d. loco, in v. col. Et ex his, non immerito fortè, curam ipſius ſiue animarum, longe digniorem dixerunt eſſe, quàm canonicatus, Docto. in c. ſuper eo. de præben. & bene. d. l. ſancimus. C. de ſacroſanc. eccle. & aliis ut ſupra.

OBSERVATIO. XXIIII.

De Angaria, & perangaria, ac ſimilibus.

Certum eſt, ſubditos angariis non eſſe affligendos, ut inquit tex. in. §. illud. in authen. de man. prin. Sed quæro, quid angaria à perangaria differat. & reſpondeo ex mente glo. in. d. §. illud, q. differt in hoc. quia perangaria eſt opera cum ſumptu. l. ii. §. ad perangariam. C. de epiſ. & cle. Angaria uero perſonæ tantum, & ſeruitus coacta, ac uerbum quod à Perſis originem habuit. c. i. xxiij. q. i. & in ſimili not. in c. non minus. de immu. ec. & in. l. i. C. quemad. ci. mu. lib. x. & in. l. neminem. & ibi Cy. in prin. C. de ſacroſanc. ec. & Matthæ. c. xxvij. ibi, Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum, nomine Simonem; hunc angariauerunt, ut tolleret crucem eius &c. & eſt etiam exemplum in republica, uel Principe, capiente res eccleſiæ, in aduentu ſuo; quas poterit

angariare, & perangariare; conſyderando (ut dixi) primo caſu, non interuenire munus pecuniæ, ſed labor corporis; ſecundo autem ſic. & ut ibidem latius; & per Bar. *adhuc, remißiue ſaltem, in. l. i. in fi.* C. *de mulie. & in quo lo. lib. x.* Eſt *etiam munus perſonale, habens honorem, uel utilitatem annexam; quandoq; nec honorem, nec utilitatem; & ſic ſimplex.* Item *patrimoniale, quod quandoque ſumptus habet, quia imponitur perſonæ tantum, nulla habita mentione patrimonij; & per capita, quandoque contemplatione patrimonij, per æs & libram; & uulgo collecta appellatur. apud nos,* Dadia *lancearum. quandoque rebus, nulla habita mentione perſonæ, quia ipſi uel ipſis indicitur.* Vel *de eo, quod ex re percipitur uel de eo quod eſt omnino extra rem, ut annuatim certa pecuniæ penſio præſtetur.* Item *& mixtum, quod ex ſimplicibus, de quibus ſupra facile cognoſcitur; & ut latius in. l. munerum. in prin. ff. de mu. & ho. & per* Bar. *in d. l. i. per totum.* C. *de mul. & in quo loco. lib. x.* Ad *idem, ſunt etiam munera ordinaria, quæ certam habent præſtationem; extraordinaria uero, quæ per accidens inducuntur, ut ibidem adhuc, & in. l.* Seio. *in. §. medico. ff. de an. lega. & in. l. i.* C. *de ua. mu. lib. x.* Eſt *item & ultimò pedagium, ſeu gabella, quæ ſoluuntur à tranſeuntibus; & appellatur onus reale. l. fin. de ca. lar. eo. lib. & iſta delibaſſe ſufficiat.*

OBSERVATIO XXV.

De agente et patiente.

Agens à patiente diſtingui debet. c. debitum. de proba. l. pe. ff. de arbit. not. in. l. quiſquis. C. ſi cer. pet. & ideo ſi uxor eſt, maritus non eſt. ſi pater, non filius. ſi Dominus, non ſeruus. ut in ſimili inquit Pet. And. Gam. in tracta. exten. in. xxxiiii. col. hinc, agere, nobilius eſt, quàm pati; ſeu agens, patiente eſt nobilius, ſecundum Bal. in c. fi. ad fi. de ui. & ho. cle. & in. l. fi. ad. fi. C. de ſer. fu. & Bar. in. l. cæteri. ff. de regu. cato. & Iaſ. in. l. i. in. iiii. col. ff. de uerbo. ob. & Bal. adhuc, in. l. lege xii. tabu. in fi. C. de legi. hæ. & uidetur bo. tex. in. l. uniuerſis. C. de preci. Imp. offe. non quòd nõ puniantur tamen pari pœna delinquentes; ut inquit Bar. in. l. iubemus. in. §. ſanè. C. de ſacroſanc. ec. & q; differant, ex alio oſtenditur, quia conſenſus uno caſu filij, aut ſerui, cui reſtitutio fieri debebat, ex ſenatus con. treb. non requiritur; in aditione hæreditatis autem ſic. l. ſeruo inuito. in prin. & ibi Bar. ff. ad Treb. & de materia latè in. l. i. C. qui admit. Pater hac ratione etiam, plus diligit filium, quàm mater; quia hæc in productione ipſius, habet ſe per modum patientis; ille autem per modum agentis. agens plus concernit effectum, quàm paßum, datq; formam & eſſe rei. l. Iulianus. ff. ad exhiben. l. Seia. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de au. & argen. lega. ergo. Videndus eſt tamen in hoc ad longum Io. de ligna. in tracta. de amicitia. in. l. col. Sunt etiam actio & paßio, correlatiua, ut not. in. l. nemo martyres. C. de ſacroſanc. ec.

nec inconuenit propterea, q. unum, ſit maius altero, ſiue dignius, & nobilius. Dicimus item, quòd agens, agit in patiente, & q. patiens debet eſſe diſpoſitum, ex ſententia Philoſophi. & apud nos legitur, in c. uenerabilem. de electio. & in c. Maſſana. & in c. ſacroſancta. de electio. & in. l. hos accuſare. in. §. omnibus. ff. de accuſa. & in. l. ſi tam anguſti. ff. de ſerui. & in. l. ii. ff. de uſuf. ea. re. quæ uſu conſu. quod & propius, refert Bal. in d. c. fi. in ii. col. de ui. & ho. cle. quòd actus actiuorum ſcilicet, conſiſtunt in communi. ſuſceptiuo; ideſt in patiente (ut diximus) diſpoſito. & in. l. ſi uxorem. ad fi. C. de condi. inſer. & materialiter loquendo, nimirum; (Fabio teſte. i. orato. inſtitu.) quia fruſtra quoque ſpargerentur ſemina, niſi prius ſulcus bene præmolitus eſſet, idemq; dixit Bal. met, in. l. i. in. ii. col. C. de re. per. & in not. q. Alex. in conſil. cxxxv. incip. circa. in ulti. col. in. i. uol. quòd ſtatutum loquens in fure, aut latrone famoſo, non poterit uerificari in muliere, quæ pro delicto non ſuſpenditur. Et Sicu. in conſil. cxxxiiii. incip. & quidem. in vii. col. poſito aliàs inter uolu. conſilior. Alex. iiii. lib. q. ſi princeps non obligaretur, non poſſet conſequenter, hac ratione, in eum cadere contractus, nec poteſtas contrahendi, haud dicendum; quia cum ſit præſul, eſſet abſque dubio omnium exul; auditu abſurdiſſimum. Et idem Bal. in. l. i. in ix. col. C. de conſe. q. niſi ſit capacitas in ſubiecto, non poſſet fieri impreſſio. Et Paul. de Caſt. in conſil. cccxxxix. incip. dico. in ii. col. in. i. uol. q. quum agens liberum eſt, actus ſine dubio perficitur; aliàs non, in donatione lo-

quens, & dominii translatione, & bene.l.Paulus per procuratorem.ff.de acqui.hæ.l.iam dubitari. ff. de hæ. inſti.l.ſerui electione.ff.de lega.i. Ex quibus colligi etiã poſſe uidetur, q̃ agere & pati, non poſſunt in eadem perſona, uno eodemq; tempore. & probatur in.l.i.& ii. ff. de offi.procon.nec dubita, & ſi uerbum agere, tam actori, quàm reo, conueniat, ut Bar.aſtruit in.l.i. in ii.col.ff. de iu.& fac.igno. Laus Deo.

OBSERVATIO XXVI.

De Antianis.

De his nullibi tractatur, ideo ego ẽt breuis ero; quod ab initio quoque profeſſus ſum. Antiani enim (ut conijcio) ſunt principales ciuitatis magiſtratus, dicti, quaſi antes & columnæ, oneri ipſius incumbentes; de quibus tamen aliquantulum meminiſſe uidetur glo. in. l. iubemus.C.de aduo.di. iud. & ut forte apud nos, ſexdecim deputati ad utilia, à Florentinis inuenti, & ſic appellati; eo tempore, quo primum urbs in partes diuiſa eſt. Qui inde tamen ad aliquot annos, alios creauerunt, qui non amplius Antiani, ſed boni homines; poſtea priores; ultimoq; loco Domini, appellati fuerunt. Sed quæritur, ad materiam, ſi hi ſtatutum faciant, quod quidem ſibi lege permiſſum eſt, an ius prætorium id, uel ciuile dicatur. Soluit Bar.alibi diſtinguendo, in fi.prin.ff.de uerb. ob.quòd ſi faciunt uigore proprij officij, utique ius præ

torium appellabitur, ſicuti Comittum, Baronum, Epiſcoporum, *aliorumq́; ſimlium, de quibus etiam in rub.* C. *qui admi. Si uero authoritate conſilij generalis; tūc erit, & dicetur ius ciuile, & bene.l.i.§.omnia.* C. *de ue.iu. enu.l.omnes populi.et ibi ego in collecta.ff.de iuſti.eliu. & Ancha.etiam refert, in repe.c. canonum ſtatuta in ccvij.col.de conſti. & eſt utilitas, quia remedia, ex eo proficiſcentia, primo caſu, erunt annalia; ſecunda uerò perpetua; ut inquit, & rurſum bene, Pau.de caſt.in.l.nō ambigitur.in prin.ff.de legi. & eſt argu.in.l.pure.in.§.fi.ff.de excep.rei iudi. Habebant etiam authoritatem, ut ad eos appellaretur, à ſententia* Poteſtatis; *ſi in ciuitate non fuiſset ſuperior, ſecundum Bal.qui tamen ſe non firmat; concludendo poſtea, q. eorum cura erat, ne quis iniuſtum aliquid pateretur, in.l.i.in xix.q. ff. de offi.conſul. & paulò poſt, q. inſignia portabant, ut ab alijs dignoſcerentur; prout & bene, uolebat, his diebus, à noſtris fieri, licèt reclamatum fuerit, magnifi.* Dominus Petrus Bagarotus. *Et ad idem Bal.in.l.ij.in ij.col.* C. *quando fis.uel priua. & in authen.habita.in ix.C.ne fil.pro pa. & in c.cum omnes.in vi. de conſtitutio.*

OBSERVATIO XXVII.

De alienatione.

Alienatio, uerbum iuris eſt, & intelligitur in alienatione ualida, argu.in.l.i.in.§.qui in perpetuum.

ff.ſi ager uecti.uel emphy.pet.& in.l.iiij.in.§.condem=natum.ff.de re iudi.& in.l.non putauit.in.§.non quæ=uis.ff.de bo.po.con.tab.& habetur in.l.ſtipulatio iſta.in.§.quæſitum.ff.de uerb.ob. & in.l. ea quidem. C.ſi man.ita fue.alie.& per Bal.in.l.ubi pactum.C. de tran ſac.& Areti.in conſil.xviij.incip.uiſa. in.i. col. & hac ratione, de facto alienans, incidit in pœnam in caſu d. conſilij, ut idem Areti. ibi ſubijcit,in iij. Dicens etiam alibi q, prohibitionis alienationis ratio, ipſam alienatio nem extendit,& reſtringit, in conſil.xix. incip.ex fa=cto.in pe.col.poſt Bar.in.l.pater fundum.ff.de lega.iij. & in.§.nos igitur.in authen.de reſti.fideicom. & de=clarat Imo.in.l.ſi filius famil.in.§.diui.ff.de leg.i. Et alibi Bal.in.l.qui aliena.in.§.quamq; in prin.ff. de ne=go.geſt.q, alienare,actionem mouere,& ſolutionem re=cipere,ſunt paria;ſi tamen eadem ſit ratio,et non alias ſi ſit diuerſa.l.ait Prætor.ff.de iure.deli.l.i.C.de bo.mat. Et alibi in authen.& qui iurat.in xv. col.C. de bo.au=tho.Iudi.po.q, prohibita alienatione, prohibita cenſetur omnis ſpecies non gratuitæ uoluntariæ alienationis, præterquam in caſu,ubi lex ratione caret. Item ubi ſta=tutum eſt contra rationem; uel ſi lex contineat ius ſingu lare,& ut per eum latius.Et alibi idem Areti. q, probi bita adhuc,ualet uſque ad legitimam, in d.conſil. xviij. in iiij.col.& bene,ut in c.Raynaldus. de teſta. & eſt communis opi.Sed in materia dubito, nunquid alienatio per capitulum facta,poſsit poſtea ratificari per Epiſco pum? Inquit alibi tex.q, ſic,ſi eccleſiæ expediat, in c. ſi

qua de rebus.xij.q.u.refert & ſequitur Abb. *in c. edoceri.in ulti.col.de reſcrip. imò* ꝙ *nec abſentes ſunt uocandi ſecundum* Bal. *in authen.hoc ius porrectum. in ii.* C. *de ſacroſanc.ec.Qui etiam dicit ibidem,in fi.*ꝙ *alienationis appellatione,motio actionum non continetur,ſed pendet à ſupradictis,& eſt uerum, niſi ſit eadem ratio*. Et *nouiſſimè idem uidendus eſt in.l. ait* Prætor.*in prin.ff. de iu.del.*Et *ibidem adhuc in. iii. uidelicet in d. authen. hoc ius porrectum,* ꝙ *alienationis cauſæ ſunt quatuor, neceſſitas,pietas, utilitas, & minor incommoditas*. Et *alibi in.l.fi.in prin.*C.*de reb.alic.non alie.*ꝙ *non eſt uera alienatio,niſi ea,per quam dominium in alium transfertur;ita ut in ſtatutis odioſis,& pœnalibus,in quibus interpretationem reſtringimus, pignus haud contineatur,niſi fortè aſcendat ad totam quantitatem, taliter ut nec ſit tuitiõis ſpes.*Et *alibi in.l.certa forma.in prin.*C. *ut in po.le.*ꝙ *ſi alienatio facta ſit in fraudem teſtamenti, uel in fraudem edicti, officio* Iudicis *debet reuocari, abſque eo etiam,*ꝙ *libellus offeratur,& ſi regulare non ſit;ergo no aliter.& præcipue ſi facta ſit,ſeruata forma eo caſu,quo requiritur, & licitè, ut plenè not.in c.i. de reſti.in integ.Simulata & imaginaria ipſo iure eſt nulla,etiam ſi in ea iuramentum interpoſitum ſit.l.emptor. ff.de aqua plu.ar.* et *ad propoſitum de quo ſupra idem, ſi facta ſit in fraudem legis;aliàs non;ſed (ut dixi) per officium* Iudicis,*uel actiones ſuas,reuocatur. l. ſi libertus.ff.de iu.pat.declarat* Bar.*in.l.poſt cõtractum.in iii. col. ff. de dona*. Niſi *debitor ſeruum manumitteret in*

fraudem creditorum; quoniam etiam iſto caſu eſſet alie=natio,ſiue manumiſſio,nulla,ipſo iure, ut Inſti. *quib. ex cau.ma.li.in prin.*Et *per* Iaſ. *in.§. item ſi quis in frau=dem.in iii.col.*Inſti.*de actio . & ſi uoluntaria prohibita eſt neceſſario,neceſſaria uidebitur permiſſa.l.alienatio=nes.ff.famil.her.l.cum fidei.ff.de fideicom.lib. late* Ro. *in conſil.ccxix.incip.ex themate . in ii. col .* Et *breuiter quatuor modis eam idem* Bal.*conſyderat , propriiſſimè ſcilicet,propriè,impropriè,& impropriiſſimè,in c.i.in §.aut ſi libellario.in fi.quib.mo.feu.amit.in ubſib.feu.in tantum ut alienatio,quandoque propriè,quandoque im=propriè,& aliter intelligatur, quemadmodum ſupra,et prout materia ſubiecta dictat,ac patitur.l.ſi uno .ff. lo=ca.l.ſi ſtipulatus. ff. de uſu . & poteſt exemplificari ad differentiam ſupra dictorum pariter , ſi in ſtatutis eſſe=mus odioſis,& pœnalibus;in teſtamentis & contracti=bus;in quibus appellatione alienationis , uenit etiã alie=natio impropria, per quam dominium non transfertur, ut in conſtitutione pignoris uel uſufructus,d.l.fi.* C *. de reb.alie.non alie.& nouiſſimè , ad longum uidendus eſt* Io.*cro.in.l.Gallus.in.§.& quid ſi tantum. in xviii. col. ff.de libe.& poſthu.& ad id ꝙ appellatione alienatio=nis propriæ contineatur omnis actus , per quem domi=nium transfertur & non ſolum ius directum, ſed etiam utile;addendus eſt* Bar.*in d.l.fi.&* Iaſ. *in d . § . item ſi quis in fraudem.in iij.col.præallega. & ex multis pro=bat* Ancha.*in conſil.ccclxxi.incip. in themate. in prin. Qui ibidem quoque in ij.col.dicit,ꝙ lucrum dotis à ſta=*

tuto, delatum alienatio legalis quædam appellatur, & bene, ſicuti & illud, de quo in authen. præterea. C. unde uir & ux. & conferunt prædicta ad ea, quæ traduntur in materia iuris congrui, ubi mentio alienationis fit; idcirco ibi plenè Matthæ. *Afflic. uideas, in v. not. & inde quantum cupis, ac multa ſanè cum pulchra, tum utilia tibi ſumito.*

Additio.

Vltra ſupra dicta in materia alienationis, ſcitu adhuc non indignum eſt, q̃ alienatio bonorum, eſt infamia facti. l. debitores. C. ex quib. cau. infa. irroga. §. i. Inſti. *qui ma. non po.* Quodq́; *prohibitio ipſius, eſt ſtricti iuris, ita ut ſi teſtator relinquat rem pluribus, & uelit eam alienari, non poßit fieri alienatio unius in alium, ſecundum* Bal. *in. l. cum hi. in. §. ſi pluribus. ff. de tranſac. & q̃ neceſſaria non dicitur, quæ ſumit originem ab actu uoluntario. l. magis puto. §. ſi pupillus. ff. de reb. eo.* Inquit *etiam* Bal. *alibi, q̃ alienatio neceſſaria dicitur, quæ fit propter impenſas neceſſarias, uſque adeo ut* Mo*nachi, propter indumenta eorum, & ob fulciendum tectum eccleſiæ, alienent bona ipſius, in. l. non ſolum. ff. de peti. hæ. & in. l. ſi pupillorum. in prin. ff. de reb. co. q̃ eiuſdem appellatione uenit diuiſio. imò plus ut ibidem, q̃ exponitur quandoq́; alienatio, ideſt diuiſio.*

OBSERVATIO XXVIII.

De Actis.

Quòd actorum, quædam ſint ciuilia; quædam uerò criminalia, notum eſt omnibus. l. ij. C. de ædē. notius, q̃ ſint communia. l. ij. C. ut lite pen. ita ut propria etiam, ex cauſa maximè exhiberi debeant. c. i. & ibi Inno. de arbit. refert Fede. de ſen. in conſil. cclx. incip. D. Papa. in fi. imò q̃ publica ſunt, eo ipſo q̃ fiunt præſente Iudice, & tabellione, ſecundum Bal. in l. geſta. in fi. C. de re iudi. notiſsimum autem, q̃ ſcripturæ ſint de his, quæ apud Iudicem tractantur, factæ. l. acta. ubi glo. magiſtra. ff. de re iud. ſimilis in. l. properandum. in. §. & ſi quidem. C. de iudi. ſentit Bal. in. l. illud. in ij. col. C. de ſacroſanc. ec. etiam q̃ non fiant in figura iudicii. l. interrogatam. & ibi idem Bal. C. de libe. cau. Adde, q̃ deſtrui nõ poſsunt, niſi de cõſenſu partium et Iudicis, ut in d. l. acta quodq́; ipſorum uerbum, per iudicem mutari poteſt pariter, re integra, ac ante prolationem ſententiæ diffinitiuæ, aliàs non. l. actorum. ff. de re iudi. & quòd denique ea, etiam quòd Iudex à quo appellationem non admittat, Iudici ad quem, cium refutatoriis partium, & literis, ſunt mittenda. l. à proconſulibus. C. de ap. Dicitur etiam alibi in l. ne cauſas. C. eo. q̃ ubi Imperator delegat cauſam appellationis, reſeruata ſibi ſententia, non eſt locus appellationi, omniaq́; acta coram Delegato, debent ſibi mitti

plenè inſtructa. & alibi in c. quoniam contra. de proba. q. tam in iudicio ordinario, quàm in extraordinario Iudex debet adhibere ſecum publicã pſonam, ſi haberi põt; ſin minus duos idoneos uiros, qui uniuerſa iudicii acta fideliter conſcribant, ratione de qua ibi. Et alibi glo. in c. ſignificauerunt. de teſti. quòd acta faciunt notorium, ita ut poſt concluſionem in cauſa res huiuſmodi dicatur, & in notorio recuſatio ceſſet. c. propoſuit. de ap. & ad longum declarat Deci. in c. paſtoralis. in iii. col. de excep. & etiam Feli. in c. afferte mihi gladium. in iii. pariter, de præſump. Et adde, quòd alia adhuc reſultat utilitas, ut Iudex tunc ſuppleat de facto, parte quoque non opponente. l. i. C. qui & aduer. quos. c. pia. de excep. in vi. & tradit Ro. in conſil. ccxxvii. incip. ſpectabilis. in fi. & aliquid in conſil. cclxxv. incip. quo ad primum. in ii. col. Sed quæro, nunquid acta à geſtis differant, & reſpondeo, quòd ſic; quia terminus Acta, generalis eſt; & Geſta, ſpecialis; comprehendens tantum extraiudicialia, ita glo. quam ibi etiam not. Docto. in. l. i. ff. de offi. procu. cæ. Nunquid rurſum, acta et proceſſus, idem ſint, Inquiunt Docto. quòd ſic; non tamen quòd ipſorum appellatione, ueniat ſententia; in d. c. quoniam contra. ubi in ſpecie Deci. in viii. col. de proba. Quod ultimum tamen non probo. d. l. actorum. de re iudi. l. in fraudem. §. neq;. ff. de iu. fi. tradit Io. And. in addi. ſpe. de ſen. in prin. aliquid Bal. ubi ponit etiam utilitatem ex hoc reſultantem in d. l. ii. C. ut lite pen. Vel dicamus, q. acta propriè illa ſint, quæ fiunt in iudicio; ita ut commiſſio de citan=

do partem,cum ſiat ante Iudicem,non ſit, neque dicatur de actis. Nec *libellus, ſi ante citationem porrigatur, ex mente* Ant.*de* But.*in c.1.de iudi. & dato quod extraiudicialia.etiam acta dicantur, iudicialia potentius operantur.l.pacta nouiſsima.*C. *de pact. multa Iaſ.in. l. i.in.i. col.ff.de uerb.ob.* A*cta etiam eodem* Decio *teſte, in d.c. quoniam contra.in ulti.col.poßunt teſtibus probari , ut ſcriptura.quod tamen intellige uerum , quando ſcriptura ad faciliorem probationem requiritur , ut in.l.contrahitur.ff. de pigno.non autem quando ad ualiditatem actus requirerentur;quoniam tunc ſecus , quēadmodum in libello & ſententia;ut ibidem,* V*bi etiam ego id ad re ſcriptum extendo,habens uim libelli,ſecundum* Bal.*in. l. i.*C.*quando lib.prin.da.&* Inno.*in c.dudum.ij.de elec.et dixi rurſum in c.paſtoralis.in prin.de cau . po. & pro.* Aliquid *idem* Bal.*in d.l.ij.in iij.col.*C.*de ædem.& in.l. ne in arbitris.in ij.*C.*de arbit.& in.l.geſta.in ij. pariter.*C.*de re iudi.& in.l.litigatoribus .* C *. de ap .* A*cta quoque uehiculum ad ſententiam dicuntur ; imò quod ipſa, ex mente actorum elicita uidetur,ſecundum* Cy.*in.l.i.*C. *pe erro.cal.&* Bal.*in c. cum ſuper.in fi. de cau. po. & pro.refert & ſequitur* D.*meus* Butigel.*in.l . is cui bonis.in vi.col.& in.l.ſciendum in ulti.ff.de uerbo.ob. & ad eam ordinantur,tanquam ad fontem,inquit idem* Bal. *in.l.i.in prin.*C.*de ſen.& int.om.Iud .* Et *ſi ad materiā quæratur,quando ſumant uim ; dicam , ex tempore quo fiunt,ut idem* Bal.*docet, in d.l.ij.de æden .* Retro *etiam facta,probant ſeipſa,ſed non id,ad quod probandum fa=*

cta ſunt; & hoc idem ubi mutatur perſona & cauſa: q́d ſecus, ſi mutaretur perſona, & non cauſa, eodem teſte in d. loco, in iiij. ſubijciente adhuc, q́ inter diuerſas perſonas non probant regulariter; & ſic præterquam in caſu. l. ſæpe. de re iudi. & l. ingenuum. de ſta. ho. & quādo quis habet cauſam ab eo, pro quo acta facta ſunt, alijsq́; pluribus, ut per eum, ubi etiam longam diſtinctionem ponit, an acta unius inſtantiæ præiudicent in alia, nec ne; quam non ſcribo aliter, uitandæ prolixitatis gratia. Dicit alibi etiam, *q́ in actis ſtat ſubſtantia deciſionis cauſæ, & confert ad declarationem. l. ut fundus. ff. communi di. in. l. fi. in. i. col. poſt prin. ſtatim. C. de fideicom. lib.* Et *alibi, q́ acta debent aliquid operari, in not. caſu. in authen. ad hæc. in. §. ſimliq́; modo. in prin. C. de lati. lib. tol. quodq́; ea quæ fiunt in actis, per modum uoluntariæ iurisdictionis, facta dicuntur quaſi in figura iudicij; & ad hoc illum tex. ait eſſe notabilem.* Differunt tamen *acta probatoria, ab aſſertorijs; quia ſentētia refertur ad acta probatoria, ſi ſimpliciter* Iudex *eam ferat; ſi uero ad illa ſe referat, ſecus; quia etiam aſſertoria continentur, & concordabuntur duæ glo. inuicem contrariæ, in. l. hæc ſententia. C. de ſen. quæ ſi cer. quan. & in. l. quid tamen. in. §.* Pomponius. *ff. de arbit.* Pro *actis etiam præſumitur, cum diſtinctione tamen* Bal. *in d. l. fi. ſupra etiam citata in ulti. col. C. de re iudi.* Et *ſi quis negaret acta, ex eis iuuari non poſſet, ſecundum* Inno. *in c.* G. *perpetuus. de fi. inſtru. quem refert & ſequitur idem* Bal. *in. l. i. in xxiij. col. C. de confe.* Dicens *alibi, q́ ea ſupprimere, do=*

lus eſt,in.l.ne cauſas.C.de ap.& alibi, q̃ deſiderium, q̃ primum apud acta publicatum eſt,corrigi non poteſt,in l.accuſationem.in fi.C.qui accu.non poſ. ampliabiturq́; deciſio ultra eum.l.ſi pecuniam.ff. de condic.ob cau. Et *alibi,q̃ adeo efficacia ſunt acta, ut eiſdem delictum probari poßit;quod adhuc pro extenſione.l.fi.* C. *de proba. nota;in.l.& ſi libidinem.per illum tex.*C.*ad leg.* Iul. *de adul.nec plura hic de his dicenda ſunt.*

OBSERVATIO XXIX.

De Reiteratione.

Reiteratio *actus,facit deliberationem præſumi.c.ſi quis iratus.ij.q.iij.& fuit uerbum* Bal.*in conſil.ſciſma.poſito ſub rub.*C.*ſi quis ali.teſta.probib.in pe. char.in tantum ut hac ratione dixerit etiam* Io. And. *in c.porrecta.de confir.uti.uel inuti.& idem* Bal. *in.l.nec damnoſa.*C.*de preci.impe.offi.&* Alex.*in.l.iij.in prin. ff.q̃ quiſq; iu.q̃ ſecunda iußio habet uim clauſulæ* Non *obſtante.&* Deci.*in conſil.xv.incip. & pro tenui. in. i. col.in.i.uol. q̃ quando teſtator apponendo conditionem fideicommißo, bis loquutus eſt de filiis ſimpliciter, non ſuppletur ut intelligatur de maſculis, de quibus dictum erat in aliis gradibus ſubſtitutionum. & tex.in. §. hoc uero iubemus.in authen. ut nulli Iudi. q̃ qui facit actum bis, efficit ut contra eum aliter opponi non poßit.* Et Alex.*alibi,in.l.i.*C.*de erro.cal.q̃ confeßio erronea,re-*

petita ſæpius, non deberet poſſe uocari. Et Cur. *ſeni. in conſil.xlix.incip.memoriæ.in xiij.col. q. ſi in inueſtitura reperiatur clauſula* Motu proprio. De plenitudine *poteſtatis.* Ex certa *ſcientia. & ſimiles duplicatus ſermo præſumetur cum maiori deliberatione; per tex.etiã, in c.& ſi* Chriſtus.*cum not.ibidem, de iure iu.*Et in *ſingu.q.*Ro.*in conſil.cccxlvi.inci. in hac cauſa. in ii.col. q. ibi non cenſetur erratum, ubi deliberatio præceſſit, neq; etiam idem cum leuitate dictum; quodq; præceſſiſſe uidetur ex geminata cõfeſſione, quæ non poteſt dici reuocabilis, prætextu falſitatis. & habetur etiam in c.ex literis. de diuor. & latius idem* Ro.*in conſil. cccxci. incip. ut præpoſita.in prin. &* Feli.*in c. ſi cautio.in x. col. de fi. inſt. &* Bar.*in.l.ſi inſulam.in iiii.ff. de uerb.ob.q. forte ob hoc, mora iterata, ſiue duplex ante lit.cont. & poſt, magis nocet.* Et Ripa *denique in conſil.xv.incip.* Antonius*.in ii.col.lib.iii. q. in donatione ex interuallo geminata, præſumitur interueniſſe plena donantis deliberatio, qua dolus omnino excludatur.* Et *paulò inferius ibidem poſt* Deci.*in conſil.clxxx.incip. ſatis nota eſt quæſtio.in ii.col.pariter, in primo uol. q. nec aduerſus contractum hac ratione reiteratum cum iuramento, reſtitutio concedenda eſt, & quia caſus clarus eſt in d. c. ſi quis iratus. per quem totus mundus ita dicit tranſeo.*

OBSERVATIO. XXX.

De Abuſione.

Quid ſit abuſio,certum eſt;impropria enim locutio dicitur, & figura catachreſis, ideſt abuſio nominis,aut uerbi,ad ſignificandam rem; quæ propria appellatione deficit.Vel uſurpatio alieni nominis, quum proprium deeſt;& ſtatim licet uidere, quia teſtamentum,falſum,iniuſtum,irritum,uel ruptum, non teſtamẽtum propriè,ſed abuſiue appellamus.l.ii.§.i.ff. quẽadmo.teſta. ape.& in falſa cauſa idem inquit tex.in.l.Paulus. ff. de uerbo.ſi.& in ciuibus Campanis & Puteolanis,ꝙ municipes appellentur impropriè,ac per abuſionem, in.l.i. in prin.ff.ad municipa. nec habet dubium. Et alibi Bal. ꝙ productio inualida,non eſt productio propriè,quodq́; non deficit à diſpoſitione,qui non implet conditionem inualidam,in c.iurauit.in ii.col.de proba. & habetur etiã in.l.licet.ut lega.no.ca.& in.l.hæc conditio.ff.de condi. & de.Et alibi in.l.ſi is qui.in.§.fi.ff.de excu.tu: ꝙ habens beneficium nomine,et non re, ac effectu,ſi aliud impetrauerit,non tenetur de primo mẽtionem facere, quia non propriè beneficium habere dicitur. Et ibidem in ſimili,ꝙ eccleſia curata,nomine,non re; eccleſia propriè non appellatur.Dicit eatiam tex.alibi.,in.l.fideiuſſor.ff. de fideiuſſo.ꝙ debitores nuturaliter tantum obligati,nõ ſunt propriè debitores;ſed abuſiuè. Et alibi in.l.bona.ff. de uerbo.ſi.ꝙ bona ciuitatis, abuſiuè publica dicta ſunt, ex quo ea ſola publica dicuntur, quæ ſunt populi Romani. Et alibi in.l.item Prætor.in prin.ff.de ſu.& le.ꝙ ex

conſuetudine,nepotes,cognati appellantur, etiã eorum, poſt quorũ mortẽ concepti ſunt;non propriè,ſed p abuſionẽ. Et ualde ad propoſitum, Philoſophus in poli. & Bal.in rub.an mutus uel alias imper.in uſib.feu. q cum hominis partes diffiniantur opere,& poteſtate; ut oculus,ad uidẽdum;auris,ad audiendum;lingua,ad loquendum;& manus,ad palpandum; ſi tales amplius nõ ſunt, non ſunt eadem,ſed partes æquiuocæ. Et fortè hoc eſt, quod ultimo loco,idem etiam ſenſit,in c.bone. ii.in.i.col. de poſtu.præla.dicens,legem,actus ſimiles, abuſiuos ſcilicet,ſpernere, non autem diffinire. & longè magis ſi duo fuerint,agaturq; de præiudicio tertii,& reipublicæ,ut idem aſtruit,in.l.eam quam.in xi.col.C.de fideicom.refert,& ſequitur Sicu.in.l.cum acutiſſimi.in l.viii. C.eo.Et idem Bal.adhuc in rub.C. de proba.in.i.col.in fi.q probatio falſa,non eſt probatio.& in.l.ii. C. de epiſ. audi. Quem refert & ſequitur Fran.cre. in ſingu. cxii.incip.ſtatuto.in fi.q contractus nullus,non eſt contractus.& idem in ſententia in.§. condemnatum. ff. de re iudi. & in nuptiis ſimulatis, q nuptiæ propriè non ſunt,in.l.ſimulatus.ff.de ritu nup. & in c.tua.de ſpõſal & in exceptione nulla, Abb.in c. i. de re iudi. Et alibi idem Bal.in.l.fi.in pe.col.C.de iu.deli. q fictionem attẽdere non debemus,ex quo abuſio uitanda eſt. Et ſexcenta ſunt huiuſmodi,quæ non refero.

MARCI MANTVAE BONAVITI, PATAVINI

Iuriſcon. publicíq; matutini interpretis, Obſeruationum,

LIBER QVARTVS.

OBSERVATIO XXXI.

De argentario.

HOC SOLVM ad intelligentiam ſciendum eſt, ꝙ Argentarius, olim erat loco notarij, propterea ꝙ data, acceptáq;, & ſingulorum rationes conficiebat, ſecundum Bal.in.l. Prætor ait.in prin.ff.de æden.græce Argyrocopon appellatus, quia argentum latine dicitur, græce uero argyrion.et olim dixi, quia hodie iſtos non habemus, nummularios autem ſic, qui ſe pro libito faciunt; quod tamen antiquitus facere non poterant.l. quædam.§.nummularios.ff.eo. & not. Salice.in.l.i.in ulti.col.ubi & nos multa in lectu.C.de æden. Nec argentarij campſores erant, quia argentum tractabant, ut Bar.inquit in d.l. Prætor.ait.Modo nota ſpecialius hoc ipſum declarando, quòd ipſorum officium, publi=

cam habebat cauſam, quamuis nõ eſſet publicum, ex quo ſeruus ipſum etiam exercere poterat. l. Argentarius. *§. i. l.* Prætor *ait. in fi. prin. ff. de ædẽ. l. quod priuilegiũ. ff. depo. quodq́; nobile erat, non uile. l. i. iuncta* glo. C. *ne ne mil. lib. x. & quòd deniq; eorũ contractus, propter contrahentium utilitatem fiebãt, ut in authen. de fideiuſſo. in fi. Sed quare fœminæ non exercent ipſum. l. fœminæ. ff. de æden. quam habuit in punctis hodie ſolertiſsimus legum ſcholaris* Alexander Muzanus Vicentinus*, non modo doctus & eloquens, uerum etiam natura prudens & acutus; qui in ipſius examine, tam bene ſe geſsit, ut ab omnibus, et nemine (quod aiunt) penitus diſſentiente, in doctisſimum* Iuriſconſulto*rum numerum poni, pronunciariq́; meruerit, cum ſumma, ac maxima omnium admiratione? Sol. quia, ut in d. l. fœminæ, dicitur, ea opera uirilis eſt. & facit in ſimili, quod habetur in. l. i. in. §. ſexum. ff. de poſtu. & in. l. ij.* C. *de his qui ue. æta. impe. & in. l. fœminæ. ff. de reg. iu. & in c. mulieres. de iudi. in vi. quæ ratio tamen non eſt generalis, quia tutela etiam uirilis eſt; & tamen legis indulgentia, eam nec mater, nec auia, exercere prohibentur; authen. matri & auiæ.* C. *quando mul. tu. offi. fun. po. imò quod neque mulier in caſu noſtro, ab argẽtaria arceri uidetur. l. i. præallega.* C. *de æden.* Niſi *pro ſol. dicamus, & eſt uerum, uel quòd argentario ſucceſſerit, uel quòd eo caſu, per ſeruum ipſam exercuerit. & ut latius ibidem declarauimus.*

OBSERVATIO XXXII.

De anulo.

Anulus, ut nec iſtud ipſum quoq; ignoremus, qui æternum regni portendit honorem, ex quo, in ſe rediens, undiq; fine caret. Ciclus dictus eſt, quo ornari milites ſolebant, quaſi digitus circumcluderetur; imò quòd, authore Macrob. ſoli liberi ipſum geſtabant; non ſerui; nec mulieres, & ſignandi quidem cauſa, non honoris gratia. hodie uero eo deuentum eſt, ut nemo geſta re ipſum prohibeatur, etiã ſi coriarius faber ſit. & plus quòd Ianuæ conſuetudo eſt, ut fœminæ, panem uendẽtes, deferant, ſecundum Bal. in c. illud. in prin. de præſump. alias matrimonij ſignum dicitur, dato eo in domo uiri, uel in eccleſia Dei, ut ibidem, aliàs ſponſaliorum, ſi in domo ſponſæ traditus ſit. Et idem dicit Abb. in. c. in cauſa. in. ij. col. de cau. po. & pro. & glo. in c. ex literis. de con ſue. ſubijciens ſignum amplius inueſtituræ eſſe, & recognitionis, Odof. in. l. poſthumius. in. §. fi. in. fi. ff. de inof fi. teſta. Græci, adhuc ultra ſupradicta, & nouisſime quidem, anulum Dactylon dicunt, noſtri condulum, ſiue condalium, & ſymbolum, à circuitu; inferentes inde, ab anulo, hac de re, annũ appellatũ fuiſſe. Anulo rurſum apud Perſas, à Rege donari, fœdus inexplicabile, & ſummi amoris uinculum, putabatur. Indecorum autem, & turpe, apud Aßyrios, ſine ſignatorio fuiſſe. Quid, quòd Romani etiam homines, ſiniſtra manu, in ſignũ bellicæ uir

tutis, ferre ipſum ſolebant. Geſtare uero ferreum, triumphantes. hisq; tantum licuiſſe, qui ad exteras ibant nationes. Sacerdotibus nunquam. Anulo item plebs à ſenatu aliquando diuiſa eſt. honeſtatusq; Tarquini priſci filius ob ſuperatum hoſtem. & qui in ludis tandem placuiſſet. Sed quorſum Pythagoricum illud dictum, anguſtū anulum geſtandum non eſſe? Sol. Vitam taliter exercendā docuit, dictorum uerborum ſententia implicita, ut uinculo diſtingueretur; ſentiens, libertate nihil dulcius, nihil charius, ac precioſius inueniri, & nihil deniq;, quod ipſi facile poßit comparari.

OBSERVATIO XXXIII.

De alchimia.

Hæc ars, quia reprobata eſt, nullāq; laudem habet, non patitur etiam multa de ea ſcribi; ſciendum tamen arbitror, Alchimiſtas, infames eſſe, ipſo iure repelliq; ob hoc a teſtimonio ferendo, quod uidetur mirabile .l.iij.§.lege Iulia.ff.de teſti.& in extrauagan.Io.xxij. de cri.fal.quod tamen intelligendum eſt.in eo, qui uendit aurum, uel argentum ſophiſticum, uti uerum; non ſi uenderet, uti tale; arguendo à ratione ceſſante; ut in d. extrauaganti, & in c.cum ceſſante.de appel.& in.l.adigere.in.§.quamuis.ff.de iu.patr.& ad idem uidetur facere, quod habetur in c.epiſcopi.in fi.xxvi.q.v.late Ol. de pon.in conſil.lxxiiij.incip.an alchimiſta. per totum.

quem in multis reprobat Pet.de Monca. Hiſpa.in tra=ćta.de teſti.Io.Cro.de Monteſerra.in apoſtil. iiij. par. q.ulti.incip.quod ſic.ad medium.

OBSERVATIO XXXIIII.

De anatomia.

Quid ſit anatomia,certum eſt, diſſectio ſcilicet humani corporis; ut a medicis conſpici omnia poſſint;quibus edocti poſtea,ſaluti aliorum proſpicere ualeant. ex quo(ut aiunt)uicio occurri non poteſt, ſi ipſius rei originem ignorauerimus.Herophylumq; & Eraſiſtratum optime feciſſe,qui nocentes homines, à regibus ex carcere acceptos,uiuos etiam inciderunt.neque id(ut plerią; putant) crudele exiſtimaſſe;quoniam nocentium paucorum, ſupplicijs,remedia populis innocentibus,his ſeculorum omnium modis,abſque dubio quæruntur. Quantũ ad nos igitur,ex his non eſſet dubitandum , ut dubitat Bar.in.l.fi.ff.de cada.pu.& Cepo.in.l. ſi is qui teſtamentum.in.ij.col.C.qui teſta.fa.po.& Docto.in.l.imperium.in glo.animaduertendum.ff.de iu.om.Iud.an cadauer hac de re medicis antedićtis concedi poſſit;quia ſine diſputatione concludendum eſt,quòd ſic,publicæ utilitatis cauſa ; ipſaq; experientia docet,efficax rerum magiſtra.c.quàm ſit.de elec.in vi.& facit bo.tex.in.l.quod reipublicæ.ff.de iniur.etiam quòd damnati ad mortem non eſſet,dummodo uilis,ſecundum Bar. in ſimili tamen

in.l.fi.in.§.fi.ff.de pigno.ac.& diximus latius nos, in dicta.l.imperium.

OBSERVATIO XXXV.

De arte imitante, uel ſupplente naturam.

ARS imitatur naturã in q̃tũ põt.l. adoptio.ff. de adop.& ideo ſicuti naturale eſt, q. cauſa effectum ſibi ſimilem pariat; ita artificioſum eſſe debet. quod tamẽ diſputat Bal.in.l.petẽs.in ulti.col.C.de pactis. an ſcilicet actio iudicati, ſtricti iuris ſit, ut ſententia. Vſque adeo ut non audeat lex, quod ipſa natura negat.l.ſed de pecunia.ff.de uſuf.ea.re.quæ uſu conſu. actióq; nũquam reuiuiſcat, ſi ſemel moriatur, ſicuti nec homo.l. qui res.§.aream.ff.de ſol.& hoc eſt quod in ſimili dicebat idẽ Bal.in.l.ſi quis ædes.ff.de ſer.urba.prædio.quòd inuentiones humanæ procedunt ad ſimilitudinem naturæ. Et idem in.l.iuris gentium.in.§. quinimò in.i.col. in fi.ff. de pac.& alibi in.l.filium diffinimus.ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iu.in prin.quòd id, quod eſt impoſſibile, in regula naturali, lex non fingit, ne uideatur fatua. & ut latius dixi in d.l.adoptio.in collecta. Nouiſſime inquit etiam idem Bal.in.l.liberti.in. iij.col.C.de ope.lib. quòd ars & ratio, conantur optimè facere ad inſtar naturæ. Et alibi in.l.præcibus.in pe.C. de impub. & al.

ſub.quòd ars & natura, ſemper conantur ad meliora, quæ producere poſſint in ſubiacentem materiam. Et ali bi Sicu.in.l.ſciendum.in prin.ff.de uerbo. ob. quòd nec ars, nec natura, abundant in ſuperfluis, quòdq; nihil ope rantur fruſtra, & bene.l.ampliorem.§.in refutatorijs: C.de ap.l.qui bis idem ff.de uerbo.ob.§.quibus.in.i.cō ſti.Codi.cum uulga.& in not.q.Nicol.in concor. Bar. cccxij.incip.nunquid præſcribatur.in prin.& ſi dixeri mus rurſum ut in ſupraſcriptione, quod ars ipſa defectū naturæ ſuppleat, uerisſimum erit, teſte philoſopho, vij. politico.exemplaq; apertisſima ſunt, quia artificiali lu= mine opus eſt, quum naturalis deficit nobis, inclinata iā die.nauiq; portatoria, ne aqua mergamur, elemento na tura ſui liquido.& ſcalis demq;, ob corporis pondus, quo aſcendere locum aliquem ex nobis non poſſumus. eſtq; argu.optimum in.l.i.ff.de autho.tu.& ad propoſi tum, quòd ars & natura nihil operentur fruſtra, ad= de huic uacuum non dari, nec accidentium ſine ſubiecto, ſubſiſtentiam; nec dimenſionum penetrationem, nec infi nitum.quodq; ſuccedens de iure prætorio, quando alius ſucceſſurus non eſt, cōſequitur iura directa, ratione præ dicta, quia ars & natura, nihil operantur fruſtra. ita Iaſ.in.l.puberem.in.ij.col.C.de iu. del. opinantur etiam aliqui, leonem febre ſemper laborare, & male, (Alber. magno teſte) quoniam ſic natura ipſum imperfectum fe ciſſet, haud putandum.

OBSERVATIO XXXVI.

De Adam, primo parente noſtro.

Nolui ſilẽtio inuoluere, primum hunc noſtrum parentem Adam, à quo omnes proceſsimus, ſecundum glo. in. l. ut uim. ff. de iuſti. & iu. ita ut largo modo quoque cognati eſſe dicamur, & tex. met d. l. ueluti, probat; ibi, Natura enim inter nos cognationem quandam conſtituit, &c. Sentitq; ex multis ſuo more Sicu. in. l. cum acutisſimi. in lxvi. col. C. de fideicom. Nec fabella ſatis ridicula Alphonſi tunc Neapolis Regis, ſubticenda eſt, qui cum ab Hiſpano quodam, ut ſibi, quem ei ſanguine coniunctum eſſe affirmabat, non nihil dari iuberet, quo ali poſſet, & uiuere; libentisſime reſpondit Rex; Sed dic quæſo, quomodo mihi coniunctus ſis ſanguine. Cui ille; quia ambo à primo noſtro illo parente Adam proceſſimus. Subriſit Rex, eiq; uelut conſanguineo non parum gratulatus eſt; & accerſito inde regiæ aulæ magiſtro, iusſit ſibi obolum dari. quod cum ille ægrè tuliſſet, exclamaretq;, ſic conſanguineum Regis deludi; ipſum iterum adijt, & rem, ut ſucceſſerat, dolenter narrauit; cui rurſum Rex dixit, Mi frater, ne doleas, quoniam ſi tantum æris à tuis conſaguineis fueris conſecutus, nũquam eris pauper. qua reſponſione, temeritatem uiri non ſolum cõpeſcuit; ita ut rubore ſuffuſus, diſcedens nihil amplius dixerit, Rege, aſtantibusq; ridentibus ualde; uerum etiam exemplum cæteris reliquit, non ita cum Regibus agendum

dum eſſe, ut ridendi cauſam ipſis, magno noſtro incommodo, & uerecundia potius, præbeamus. Ad propoſitum modo redeũtes, dicimus, Adam in agro Damaſceno, de limo terræ, ab ineffabili illo artifice, Deo opti. maximo, factum, ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam; ita ut non res ipſa, poetas, dicentes, Prometheum Iapetidem fuiße, fefellerit, ſed nomen artificis. c. hæc imago. xxxiij. q. v. & Gene. i. & habetur in. l. aßumptio. in. §. filius. ff. ad municipa. & hinc eſt, q. filius originale & immediatum domicilium patris ſequitur, aliorumq́; progenitorum ſuorum; aliàs opoteret quærere agrum de quo ſupra, ut glo. in d. loco inquit, & formaliter Old. in conſil. xxv. incip. thema tale eſt. in prin. & tali nomine quidem, dictus, appellatusq́; fuit, quia commune eſt apud hebræos, ut hõ apud nos. c. i. Gene. et ibi expo. declarat. nec aliud dicendum puto. extra paradiſum igitur ex his factus eſt; Eua autem intra; ut ſciamus, diſcamusq́;, non generis nobilitate, ſed uirtute, unumquenque gratiam ſibi comparare. c. illud. iiij. diſt. Sed quare à Paradiſo per Angelum expulſus eſt? Sol. propter peccatum; ut inſtrueremur pariter, ſic peccatores ab eccleſia eijciendos eße; quemadmodum flagello etiam egit Chriſtus Ieſus, eijciẽs ementes & uendentes, de templo. c. in capite quadrageſimæ. l. diſt. c. Adam. xl. diſt. Alia non dico, ne theologum agere uelle uidear. & ex quo infinitæ propemodũ q. q. ſunt tractatum deſiderantes, quod eſt ab inſtituto noſtro penitus alienum. Sed nec unam prætermitto, lege etiam determinandam; quare de latere ipſius Eua.

mulier, & non de alia corporis parte, formata fuerit (hiſtoria enim nota eſt præallega.c.i.Gene.) Sol. facilis uidetur; quia ſi de capite, uideretur formata, ut uiro dominaretur; ſi de pedibus, ut uiri eſſet ſerua. quorum neutrum fieri debuit, ex quo haud conueniebat. De latere igitur formata fuit, in conſortium dilectionis, ut nec domina, nec ancilla eſſet uiro, ſed ſocia. ita magiſter ſen. lib. ij. diſt. xviij. de formatione mulieris. & probatur apud nos optime in. l. aduerſus. C. de cri. expi. hæ. & in. l. i. ff. de ac. re. amo. & in authen. hoc locum. C. ſi ſecun. nup. mul. & ita pro nunc tranſeo.

OBSERVATIO XXXVII.

De Abſente.

Abſens pro præſente habetur in pluribus caſibus, & maxime, ſi in ſeruitio Papæ eſſe reperiatur, uel legati à latere, uel Cardinalis; uſque adeo ut fructus beneficiorum ſuorum etiam percipiat; nec abſentia ei in aliquo officiat. c. ex parte. c. ad audientiam. de cle. non reſi. in ec. tradit Io. And. in c. fi. in ii. col. de conſue. imò quòd dici ſolet, abſentem ex iuſta cauſa, præſentem eſſe. l. quæſitum. ff. de lega. iii. l. ſeio. §. Pamphile. ff. de fun. inſt. l. ſi quis Titio. ff. ex quib. cau. ma. late Ro. in conſil. cclxiii. incip. Viſo puncto. per totum. In electionibus tamen uocandi ſunt, & regulariter quidem, quia aliàs ex conſuetudine Tuſciæ, ſecus, ſecūdum Bal. in rub. eo. titulo. in. i.

Nec abſentia, familiaris Papæ, deſinit eſſe talis. §. cer=uos. Inſti. de re. di. & ideo ſtatim reuerſurus, præfertur hac ratione, familiari Cardinalis præſenti; ut per glo. in regu. expectatiua. in vij. par. incip. ipſi tamẽ. in ii. col. imò quo ad uocationem, ſepoſita conſuetudine ut ſupra, q requirendi ſunt in tribus caſibus. primo (ut dixi) in ele=ctione prælati. ſecundo, in receptione canonici. tertio & ultimo, in collatione præbendæ. ita Abb. in c. cum om=nes. in antepe. col. de cõſti. & Fede. de ſen. in cõſil. cxlviii. incip. aliqui. in ii. col. aliquid Bal. in authen. hoc ius por=rectum. in ii. pariter. C. de ſacroſanc. ec. Abſentia etiam & præſentia, intelliguntur ſecundum ſubiectam mate=riam, factiq; ſunt, neque præſumuntur, niſi probentur. l. iiii. §. abeſſe. ff. de dam. inf. l. præſens. ff. de procu. l. ab=ſentem. ff. de uerbo. ſi. declarat Bal. in. l. fi. in prin. C. de præſcrip. lon. tempo. & in. l. fi. C. quib. non obi. lon. tempo. præſcrip. & in d. l. præſens. q multis modis di=citur abſens. & in. l. quia abſente. C. de procu. q abſen=tia multiplex eſt pariter. & in. l. fi. in. §. ubi autem. in fi. C. de boniſq; lib. Sed ad materiam nota, q quãdo con=tra abſentem proceditur, uocandi ſunt affines, & amici, ut dixi ſupra de amicitia, poſt Bal. in. l. fi. ff. ubi pup. edu. de. Item quòd abſens defendi debet, quodq; id bo=num, & æquum eſt. l. ſeruum quoque. §. publicæ. ff. de procu. l. non ſolum. in fi. ff. eo. & aliàs late, in. l. pe. in. §. ad crimen. ff. de pub. iud. Et ultra ſupra dicta ſciendum eſt pro intelligentia, q abſens ex cauſa reipub. dicitur tri bus modis adhuc. primo quãdo mittitur ad rempub. Se=

cundo, quando mittitur à repub. Tertio quando mittitur à Principe, uel ad Principem. ita idem Bal. in l. cum quidam. in fi. prin. ff. de acqui. hæ. et quamuis dici ſoleat, ꝙ abſentia alicuius, Dei præſentia repletur. l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudi. attamen abſens quis regulariter damnari non poteſt. c. omnia. c. caueant. iii. q. ix. firmat Abb. in c. quoniam contra. in v. col. in prin. de proba. niſi in tribus caſibus. primo, in pœna ultra relegationem. ſecundo in caſu. l. ne diu. C. de pœn. tertio, in conſtitutione Henrici, et crimine læſæ maieſtatis, de qbus ꝑ Bar. in l. lege Cornelia. in. §. fi. ff. ad leg. Cor. de ſica. & in ſimili inquit Ancha. alibi, in conſil. ccxcvi. incip. uiſis. in prin. ꝙ aliquando abſens intelligitur præſens iuris fictione. in teſte tamen (ut ſubiicit) haud conſyderabile. & de materia alias in. l. ſeruis urbanis. ff. de leg. iii. & in. l. ex facto. ff. de hæ. inſti. & in c. relatum. & in c. dilectus. de cle. non reſi. in ec. Sed nunquid Cardinalis, ſine licentia Papæ, etiam legatus, poſſit abeſſe à curia? Dic quòd non. c. filium. i. q. i. c. nobiliſſimus. xcvii. diſt. & in xxx. regu. cancella. tangit glo. incip. alias, Item uoluit. in iii. col.

OBSERVATIO XXXVIII.

De Auditoribus rotæ.

Auditorum rotæ officium eſt, non ſine ſumma, ac maxima dignitate, et ita perpetuum, ut per mor-

tem Pontificis non expiret, ſicuti nec cancellarii, ſcriptorum & ſimilium. l. fi. ff. de conſti. prin. c. decet. de regu. iu. in vi. Adde q iuriſdictionem ordinariam habent in cognoſcendo; in pronunciando uero delegatam. clem. auditor. de reſcrip. & ibi glo. & not. in c. cum ab eccleſiarum prælatis. de offi. ordi. Et in. l. & quia. ff. de iu. om. iud. & tradit glo. in regu. cancel. de poteſta. Vicecan. in fi. in tantum ut deciſio c. ipſo iure. de reſcrip. in vi. non ſeruetur in eis. Quod & Fran. Paui. rotæ auditor, ſignanter teſtatur in tracta. de offi. cap. ſede uacan. in ij. q. i. par. in. i. col. ad fi. & Abb. in practi. ſua, de diuerſi. iud. c. iiij. q ob hoc mixti iudices debent appellari, de ordinario & delegato participantes. Et hinc eſt, q non poſſunt ſententias diffinitiuas emendare, uel corrigere, ut ibidem, & in. l. ſi ut proponis. C. quomodo & quando iud. imò (& eſt ſemper memoriæ commendandum) quòd deciſiones eorum poßunt reprobari, ex quo poteſtatem legem condendi non habent, nec leges ſunt, ut ſine diſputatione debeant obſeruari, iuxta tex. in c. in iſtis. iiij. diſt. & in. l. ij. C. de cri. ſac. & plus q plerunque rota rotat, & non bene ſe firmat, ut not. in c. neque. ix. diſt. & in c. duobus. de reſcrip. in vi. & erat uerbum peculiare Caſſarelli aduocati Romani, quem ita dicere ſolentis teſtatur glo. in proœ. regu. cancel. in vi. col. in prin. & quòd habeant iurisdictionem in cognoſcendo ut ſupra legitur ad literam in eorum deciſio. no. ccccxxx. incip. fuit dubitatum. in ii. col. & aliquid etiam in præceden. ccccxxix. incip. ſi in cauſa. eo. lib. & multo clarius. in cccxli. incip.

dubitatur. adhuc in nouis. & ſi in præſentia Papæ fuerint, plenam poteſtatem non habent, ſecundum glo. in regu. cancel. xxvij. incip. Item idem. in iiij. col. per not. in d. clem. auditor. Et quia ſumma, ac maxima eſt dignitas, ut diximus ſupra, forte cautum eſt, ne illegitimi ad eam aſsumantur; ſicuti nec ad Cardinalatum, clem. i. de bap. c. innotuit. c. cum uintonien. & utrobique Abb. de elec. Sed dubitatur, nunquid auditor factus Cardinalis, deſinat eſſe auditor. concludit glo. adhuc in regu. expectatiua. in ix. par. incip. ſaluis. in ij. col. q. non; ſi autem Papa, ſic. & memoratu digna eſſe uidentur.

OBSERVATIO XXXIX.

De Apoſtatis, ſiue apoſtaſia.

Quid ſit apoſtaſia, et quis apoſtata, clarum eſt, quia ea, ſiue is, eſt, qui recedit à fide, uel obediẽtia, aut religione. Clarius quotuplex ſit rurſum, ex his, fidem, obedientiam (ut diximus) & religionem conſyderantes. perfidiæ igitur eſt, quando à fide receditur; inobedientiæ uero, ſi præceptum tranſgrediatur. & irregularitatis denique ſi ſumpta deſeratur religio. c. non poteſt. ij. q. vij. c. ſi quis. c. illud. de maio. & obe. c. fi. l. diſt. & ſic apoſtaſia retrogradatio, & apoſtata retrogradus appellatur, ut in. c. i. & ibi glo. de apoſta. & in c. magnæ. de uoto. & in c. fi. ubi in ſpecie Inno. quoque, de renun. & in. l. uictor. C. de ſum. tri. & fi. catho. Clariſsimum autem, quòd

diabolus Belial appellatur, quaſi apoſtata.ſed ad materiam adde, q apoſtaſia duplex eſt, ut in excommunicatione dicimus, quædam maior, quædam uero minor. maior, quæ eſt indiſpenſabilis; minor autem diſpenſabilis.c. fi.& ibi per Docto.de apoſta. Ad propoſitum ergo, religioſus migrans ad alium ordinem, regulæ laxiorem, proprio habitu relicto, incidit in apoſtaſiam minorem; non maiorem indiſpenſabilem.d.c.fi.de apoſta.& ad longum deducit Ro.in conſil.cccxli.incip.circa. in. i. col. quodq; apoſtata compellitur, ſi blanditijs induci non poteſt, ut abiectum habitum reaſſumat, & ſub graui quidē cuſtodia carceris ad hoc ipſum faciendum.c.tuæ.de apoſta.c.eos.xx.q.iij.tradit Ro.in conſil.cclxviij. incip. in caſu.in prin. Verum quæro, nunquid apoſtata ſit, qui ad minorem religionem trāſit; regulam tamen & habitum non deſerit? Solue, q non.l. iubemus. §. ſeruos. & ibi Bal.C.de epiſcopis & cle.ubi dicit etiam, q is regulariter, qui apoſtatat à religione, uel ordine, redit in dominium temporale, nec eſt amplius ſecundum ius ciuile exēptus. Et pro complemento, ſcias, q Iulianus Imperator, apoſtata fuit, qui inter cætera, corpus S. Ioan. Baptiſtæ cremari iuſſit, ſpargiq; eius cineres, nec tamen digitus, quo Chriſtum oſtendit, ei cōburi nunq̄ potuit; quē Tecla uirgo, & martyr, poſtea ſeruaſſe ferunt; magnaq; deuotione, uſque in hodiernum oſtenditur diem, in ſancta ciuitate Hieruſalem. Idcirco illud pſal. cxviij. dici iure merito poteſt, Mirabilia ſunt teſtimonia tua Domine &c.

OBSERVATIO XL.

De Ambasſiatoribus.

Frequens & quotidiana eſt materia iſtius generis, ſed non ad longum trahenda, niſi quantum ſufficiat, Ambaßiator igitur idem eſt quod nuncius, ſiue legatus à republica. uel Principe, ad aliam rempub. ſeu Principem deſtinatus, cui nõ creditur facile, niſi literas (ut uulgo dicitur) habeat credulitatis, & ad propoſitũ not. Bar. *in.l.* Lucius. *ff. de fideiuſ. & in .l. ſiquis. & in.l. fi.* C. *de decu. lib.x. & in.l. palatinus.* C. *de colla. fun. fiſca. ec.* lib. *melior tex. de iure, in.c. nobiliſſimus. xcvij. diſt.* Quid. Bar. *in.l. qui fiſcales.* C. *de nauicu. eo. lib. dixit etiam quòd ſi ut maius conſequeretur ſalarium, uia inſolita uſus fuerit, ipſum habere de iure non debebit. & nimirum, quia hominum fraudibus occurrendum eſt.l. in fundo. ff. de rei uen.c. ſedes apoſtolica. de reſcrip. perſonam publicam maximè gerentibus; & præſertim quia (ut poeta inquit) omne animi uicium, tanto conſpectius in ſe crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.* Imò *ſenſerunt aliqui, ſi ſibi quid dono datum fuiſſet, illud idem reipublicæ, ſiue principi mittenti, reſtitui debere.* Sed *non eſt uerum, teſte* Bàl. *in.l. manifeſtiſſimi. in. §.i. in fi.* C. *de fur. & in.l. in extraneos.* C. *de dona. & ad longum diſputat* Abb. *in.c. poſtulaſtis. in ij. col. de conceſ. præben.* Si *ſteterint etiam ultra tempus in loco, pro illo non debent habere ſalarium*

niſi ex cauſa; puta, quia impediti fuiſſent. l. hi qui. ff. ex quib. cau. maio. Nec gaudere priuilegio commodo aut fauore aliquo, ſi ambaßiariam procuraſſent. l. & qui data. ff. eo. poßunt tamen regulariter tempore ambaßiariæ priuatam utilitatem procurare; puta, impetrare beneficium; de feudo inueſtiri, & ſimile. l. non ue re. & ibi Bal. ff. eo. Non tamen capi pro repreſalijs, nec pro alio debito; ex quo ſecuritatem habẽt a lege, inquit idem Bal. in. l. ij. in. §. omnes. per illum tex. ff. de iudi. & in. l. adminiſtrantes. in. §. i. ff. de excu. tu. Vna etiam cũ ſocijs ſuis, ut in. d. locis not. Sed quæro, (certum enim eſt quòd hi ſancti appellantur. l. fi. ff. de legatio) qua pœna puniantur eos offendentes. Sol. lege Iulia de ui publica. l. lege Iulia. ff. ad. leg. Iul. de ui pub. nec habet dubium. Notandumq́; ultimo loco putarem, quoſdam de latere; quoſdam miſſos; & quoſdam natos eſſe, de quibus in. c. i. de offi. lega. in. vi. & per Goſ. in ſumma ſua, eo. titulo in prin. & ad propoſitum ſupra dictum, eos etiam non ſolum, non debere iniuria affici, uerum quoque quòd animo ſint conſtantisſimo, cuiuſdam exemplo, qui (ut memoriæ proditum eſt) cum Lacedæmones ad Demetrium, ipſum miſiſſent, eiq; dixißet ſuperbus Rex, Lacedæmones unũ tantum ſibi miſiſſe legatum; reſpondit intrepidè, unum ad unum, & non ab re quidem, eos etiam miſiſſe. De ueſtibus nihil dixi, quia certum eſt, ipſos honorificè incedere debere, ut in maiori culmine habeantur, ſecundum Bal. ubi idem dicit etiam in antianis, in. l. i. in xix. q. ff. de offi. conſul. & habetur quoque in. l. ſanctum. ff. de re. di.

MARCI MANTVAE BONAVITI, PATAVINI

Iuriſcon. publiciq; matutini interpretis, Obſeruationum,

LIBER QVINTVS.

OBSERVATIO XLI.

De Aſſaſſinis.

DE HIS nullibi proprio nomine, mentio facta eſt, niſi in.c.i.de homi. in.vi. ubi p̱ aſſaſſinos faciẽs homicidium, uel mãdas aliquem interfici, tanquam ab omnibus diffidatus, ipſo iure ſententiam excommunicationis incurrit, et depoſitionis ab officio & beneficio pariter; imò quod laici etiam comprehenduntur in diſpoſitione d.c. ex quo concernit ſtatum totius Chriſtianitatis, poßuntq; clerici forte etiam à iudice laico puniri, ut per Gemi. ibi, in fi. poſt Io. And.in.c.cum non ab homine.de iudi. & ad propoſitem ſpeciale eſt ſecundum Abb.in.c.quæ in eccleſiarum.in.iij.col.de conſti. Verum dubitaui ego aliquando, dictum de clerico, tutum non eſſe, non poßeq; a laico,

(ut dicebatur) iudice puniri. In primis, quia Papa hoc ipſum dixiſſet, nõ dixit. ergo. l. unica. §. ſin aũt. uerſi. ſin uero. C. de cad. tol. l. ſi ſeruũ. §. Prætor ait. ff. de acqui. hæ. Secundo, quia ſi non poteſt ſtatuere, niſi in pertinentibus ad ſuam iuriſdictionem, & tamen ſtatuit etiam laicos comprehendi; non debet quoque extendi, ut clerici à laicis puniantur. l. ſi non lex eliaſcentia. ff. de hæ. inſti. l. tutori. C. de nego. geſt. Tertio, quia materia pœnalis eſt & odioſa ualde; extendiq́; hac ratione, nõ debet, de caſu expreſſo ad omiſſum; nec de perſona ad perſonam. c. odia. c. in pœnis. de regu. iu. in. vi. Nec ob. Io. And. authoritas, quia procedit, quando clericus in profundum malorum deueniſſet, et eſſet incorrigibilis penitus. ad quod etiam ſolet ille tex. allegari. ergo non regulariter. nec facit, quòd in d. c. i. dicatur, ꝙ ſimiles, ſunt diffidati; quia intelligi debet ſemper reſpectu ſuorum iudicum, abſque aliqua actuali degradatione. & ideò dubitatiuè ſupra locutus ſum, & ex prediçtis non immerito. cogita. & ad propoſitum redeundo, dic, alio nomine, de his tractari, ac implicitè, in. l. non ſolum. in. §. ſi mandato meo. ff. de iniur. Nec ignorabis, plus delinquere, fieri facientem, quàm aſſaſſinum, & eſt utilitas, quia qui plus delinquit, debet etiam in plus puniri, & quia pœne grauitas, arguit grauitatem delicti, maiusq́; peccatum in ſe delinquere & in alterum, quàm in ſe tantum. l. athletas. §. pe. ff. de his qui not. infa. declarat poſt Cy. Bal. in. l. qui ſepulchra. in. ii. col. C. de ſepul. uio. imò quod nec hi gaudẽt immunitate eccleſiæ, ſecundum Abba. in. c. inter alia. in

iiij.col.extra de immu.ec.nec fautores eorum,nec in eis habet locum conſuetudo,contra rigoroſam deciſionem.l. ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ.& cle. quam atteſtatur Alex.in.l.1.in fi.ff.quod quiſq; iu.& ad materiam not.in d.c.i.de homi.in vi.ita ut ſi quo caſu uerificari poſſe uideatur, generale illud Inno.in c.i.de conſti.per tex.ſingularem in . l. per omnes . C . de deſen . ci. ubi & nos multa in collecta.iſto uerificari poßit, quòd in atrocioribus licet leges tranſcendere, ordoq; ſit tunc ordinem non ſeruare.

OBSERVATIO XLII.

De Aſſeſſoribus.

Quid ſit aſſeſſor;unde dicatur;quare inuenti fuerint aſſeſſores,& alia multa, declarauimus in rub. & in.l.i.ff.de offi.aſſeſſ.in.i.& .ij.lectu. Adde nouißime quod etiam conſiliarius appellatur, & quòd ſi iudex de facili poteſt recuſari, poterit etiam eius aſſeſſor ex legitima cauſa,ita ut exceptione non admiſſa,reddatur ſuſpectißimus.c.cum.R.canonicus.de offi.del.c. accedens. ut lit.non cõt.c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.de reſcrip.in vi. declarat Abb.in.c.i.in.iiij. col. de iudi . Dicens alibi,in c. decernimus. in v . eo.titulo.quòd iuriſdictionem ob hoc non habet ; & quòd iudicare nõ poteſt, nec torquere.Sed nunquid habeat dignitatẽ? Tex.alibi ſentit quòd ſic,in l.metum.in.§.ſed quod prætor.ff. quod met.cau.

uerumq; eſt. & poteſt inſuper ei cauſa committi, ut in d.loco Abb.dicit; & rurſum bene. uerum cogita, quòd ſic non aſſeſſor, ſed delegatus appellabitur. & eſt argu. ultra eum, in.l.ſi pater.ff.de adop. & in.l.tutorem.cum ſimilibus.ff.de his quib.ut indi.inquit etiam Bar.ad materiam, ſi malus uir fuerit & improbus, haud tamẽ præſumendum in dubio.l.merito.ff.pro ſo.c.i.de ſcruti.fa.q. à poteſtate tunc expelli debebit, in.§.fi.in authen.Iuſiu. quod præſt.ab his. & iuremerito.l.quiſquis.C. ad leg. Iul.ma.l.ſi ab hoſtibus.§.i.ff.ſol.mat. Aſſeßor quoque eligendus à partibus, uel à iudice, iuxta formam.c.ſtatutum.§.aſſeßorem.citati etiam ſupra, de reſcrip.in vi. debet eßе eiſdem partibus non ſuſpectus. & nimirum quia durum eſſet, coram Iudice, quem ipſe conſulit, litigare.l. apertisſimi.C.de iudi.c.quod ſuſpecti.v.q.iij.Nec pati debet, ſicuti nec Iudex ipſe, aduocatos pro inſignibus furibus & latronibus patrocinari; quorum periculi ſui neſcia feruet inſania, ut proxime etiam dicebam. & ad propoſitum tradit nouisſimè Bal.in authen.ſed nouo iure.in iiij.col.C.de ſer.fugi.per d.l.per omnes, ſignanter.C. de deſen.ciui. Et ad dictum ſupra quòd conſulere debẽt, nõ iudicare, facit, quia ex hoc poteſt inferri, ſi non fuerint præſentes, quòd non propterea ſententia à poteſtate lata, infirmabitur. ita idem Bal.in.l.cum ſentẽtia.in prin. C.de ſen. & int.o.Iud. Dicens adhuc in rub.C. de pœna Iud.qui male iud. quòd condemnatus in una ciuitate de barrataria, ut uerbis eius utar, aſſeſſor in alia eſſe non poterit; & optimè quidem.l.Iudices. C. de digni.lib.x.

& alibi in.l.quoniam.C.de ap.quòd punitur, ſi Poteſtati, iniuſtitiam facienti, non proteſtetur in actis. quod & nos in d.rub.de offi.aſſeſſ.retulimus. Sed cuius expenſis dari debet aſſeßor. Sol. aut loquimur de eo, de quo in d. .§.aßeſſor; & tunc dari debet expenſis petentis; ſi uero ad petitionem iudicis aſſociatus ſit, tunc expenſis utriuſque partis datus intelligetur. d.§.aſſeßorem. tradit Bal. in.l. Imperatoris.ff.de tu.& ra.diſ. aut de eo, de quo in titulo de aſſeſſ.& iſto caſu, certum eſt, expenſis publicis dari debere. l.fi.ff.de offi.aſſeß. Vel, & latius, ut in d.l. i.ff.eo.titulo. & dixi quoque in collecta. ſuis locis; adeo ut non ſit nunc immorandum hic aliter.

OBSERVATIO XLIII.

De affirmatiua.

Affirmatiua, à negatiua ualde differt; imò quòd contraria ſunt; ex quo negat, qui aliquid non affirmat; uel è cõtra affirmat, qui id ipſum pariter negat; nec in ſenſu contrario paria, quia negatiua, magis negat quàm affirmatiua affirmet. c.cum dilectus. & ibi glo. de conſue. & in oratiõe licet uidere, quæ ſi affirmatiua fuerit, in primo actu uerificabitur. l.boues.§. hoc ſermone ff.de uerb.ſi. & tamen negatiua in infinitum extenditur .l.hoc genus.ff.de condi. & de. Ad idem, indefinita affirmatiuè prolata, non æquipollet uniuerſali de proprietate ſermonis. l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui.urb.prædi. negatiuè

autem ſic.l.iuris gentium.§.ſed ſi fraudandi.& ibi not. ff.de pac. Ad idem & in ſimili, ſi concurrant due regulæ, una prohibitiua, altera autem affirmatiua, prohibitiua attenditur, & non affirmatiua. & idem in priuilegijs, ſecũdum Bartolum in.l.iij.in.§.liberti.ff.de ſuſpec. tu.& Bal.in.l.ſi Ruffinus.C.de mil.teſta.et Deci.latius in conſil.iij.incip.& diligenter, in materia duorum ſtatutorum.in.iij.col.in.i.uol.& nimirum ad propoſitum, quia negatio generis, ſecum trahit, & includit omnes ſpecies, per quas perueniri poſſet ad prohibitum, illasq; remouet; quod non ſic facit affirmatio, uel poſitio generis.l. nec intentio. C.de tranſac.l.ſi quid earum.§.inter emptum.ff.de leg.iij.Sentit Bal.in.c.i.in prin.in ulti.col.de probi.ſeu. alie. per Fed. dixiq; ego, ni fallor, in apophteg.meis ccxxiij.incipien.mirum.in not.q.facit etiam, quia efficacius incurrit pœna ex non fieri, quàm ex fieri.l.cum filius.§. in hac. ff. de uerborum obliga. & fuit uerbum eiuſdem Bal.in.l.iubemus.in.ij.col.C. de ſacroſan.ec.alias teſtibus potius affirmantibus, quàm negantibus creditur.l.diem proferre. §.ſi plures.ff. de arbit.Probatioq; bonæ famæ affirmatiuè, præualet negatiuæ, ſecundum Bal.in.l.hæredes palàm.in fi.prin.ff. de teſta.quorum primum tamen non eſt generaliter uerum; ſed quando ex negatiua non reſultat probatio. Vel quia impoſſibile uideatur, ex quo non eſt cohartata. Vel quia non eſt reddita ſcientiæ cauſa.alias pari paſſu ambulant, ita Bal.in.l.cum hi.in.§.nihil. ad fi.ff.de tranſac.& Ange.in proœ. fforum, in prin.in.ij.col. Factum

affirmatiuum quoq;, a negatiuo differt, quia pœna adie cta iſti, ſine appoſitione temporis, non committitur, niſi præcedente monitione, illi autem ſic. l. ſi mora. & ibi Alex. exemplificat, in. vi. col. ff. ſol. mat. Sed quare affir manti incumbit onus probandi, et non neganti? l. ei qui: ff. de proba. l. actor quod aſſeuerat. C. de proba. l. qui accuſare. C. de æden. Sol. quia probatio fit p cauſam; nõ entiũ aũt, nõ ſunt cauſæ, neq; demõſtratiões. l. eius qui. ff. ſi cer. pet. declarat Bal. in. l. cũ mulier. in xv. col. ff. ſol. mat. niſi ſit fundamẽtũ intẽtionis agẽtis, uel ſe ad cer tũ referat ſcripturã, quia tũc probari deberet; et oſtẽſa ſcriptura (ſingula referendo ſingulis) hoc ipſum fieri ui deretur, ut in d. l. idem Bal: inquit, & Bar. in. l. Titiæ textores. ff. de leg. i. & Ancha. in conſil. ccliiij. incip. ſu per primo. in prin. & Docto. in. l. in illa ſtipulatione. ff. de uerbo. ob. Et prædicta omnia intellige, caſu quo affir matiua, in negatiuam non reſoluatur; uel pro negatione non ponatur; quoniam tunc differentiæ diſputatio eſſet uana. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. & ibi idem Bal. ff. de acqui. hæ. exemplum, quum dicitur, quaſi hæres, ideſt quaſi non hæres. ut ibi. Vel ironice, (Nico. de lyra te ſte, ſuper illud Ezechiæ. c. xiiij. Ego Dominus reſponde bo ei &c.) faciam quod petis, quia etiam ẽ cõtra, quãdo que negatiua in affirmatiuam reſoluitur. c. licet. de teſti. Illud unum etiam pro certo omittentes in materia, adeo uera eſſe adhuc prædicta, ut ex diſpoſitionibus negati uis, affirmatio non reſultet. l. ex facto. ff. de hæ. inſti. l. Titia. §. fi. ff. de ma. teſta. dixi ego late in. l. i. in lectu. ff. de offi.

de offi.eius.Et eſt ſimile in demonſtratione, quæ affirmatiua, eſt negatiua potior;ex quo hæc, p illam demonſtratur, ex ſolisq; affirmatiuis fit demonſtratio; ut in ſyllogiſ.demonſtratio, aiunt Dialectici, & bene. Negans ad propoſitum, de quo ſupra in duplum etiam punitur; affirmans uero non.quod tamen eſt uerum, quando negat maleficium, per eum perpetratum;quoniam ſi qualitatem, ſecus;ex quo probabiliter poteſt ignorari, ſecundum Bar.in.l.proinde.in.§.i.ff.ad leg. Aquil. In promiſſione facti negatiui rurſum, intelligitur de iure & de facto;affirmatiui uero, de iure tantum, ut dixi in . l. ubi pactum.in Collecta.C.de tranſac.Sed ad propoſitum dubito, ſcituq; non indignum uidetur, quare eſt, ꝙ negatiua præcepta, affirmatiuis præponantur, Matthæi vi.c. Quum ieiunatis &c.haud tamen regulare.Sol.quia uitia prius eradicanda ſunt, quàm uirtutes inſerendæ, ita ut ſupra dicta confirmari ſinę dubio uideantur, omnimodo differre inuicemq; repugnantia eſſe, nec ſimul ſtare poſſe.

OBSERVATIO XLIIII.

De arte ſimpliciter, Artifice, & artificio.

Sæpe nobis argu.præſtitit Iuriſcō.in.l.i.ff. de iuſti.& iu.ibi, Ius, eſt ars boni, & æqui.ut aliquando huic generi etiam conducentia tractaremus. oſtendentes

inde quid eſſet ars, & reliqua. Vnde & breuiter ſcien-dum puto, eam nihil aliud eſſe, niſi cognitionem quandā rei, longo uſu confirmatam ex certis principijs, certas quoque concluſiones colligens. iuxta illud,

Vſus me genuit pater, Mater peperit Memoria. capiendo ipſam pro ſcientia, Sed aduertendum eſt, quia Philoſophus artem aliter mechanicis tribuit; ſcientiam ſpeculabilibus; & prudentiam practicæ. & uidetur uerius. Vnde fortè ad propoſitum Bal. alibi inquit, in l. ij in prin. in ij. col. ff. quod cuiuſque uni. no. q, ſine artificibus, non poſſunt ciuitates bene, beateq; uiuere, per tex. etiam in l. fi. in. §. fi. ff. de nundi. Et alibi in l. filius fa. in §. inuitus. ff. de procu. & poſt eum latius Deci. in regu. inuitus. ff. de reg. iu. quòd tenens ſignum, cogitur inuitus operā præſtare. Et alibi in l. qui ſepulchra. in prin. C. de ſepul. uio. quòd artifex poteſt agere iniuriarum, ſi ſeducatur, trahaturq; ad opus illicitum faciendum, et ſic de mechanicis intelligendo, Vel largè ſumēdo, dicamus, in ſpeculatione conſiſtere, in agendo, in affectu, ex præceptorum collectione, & eiusdem generis pluribus; ut aſtrologia, ſaltatio, pictura, grammatica, et ſimiles. imò q, delictum etiam ars appellatur, reprobata tamen. Item Ioculatio, Vſura, Coquina, Procuratio, Aduocatio, Legalis diſciplina, Cura animarum, Arithmetica, & non abſimiles. c. i. de ui. & ho. cle. c. ſicut xlvij. diſt. c. ne tales. de conſecra. diſt. v. l. ſeruis urbanis. §. ſeruis. ff. de lega. iij. c. cum ſit. de æta. & qual. l. ſi quis. C. de decu. lib. x. latè Io. de ana. in c. i. in i. & ij. col. de ſagitta. & bre-

uiter, artifex ille dicitur, quem artificem uulgus appellat, ut id. in d. loco inquit. ſubijciens amplius, quòd ſi ars uilis ſit, artifex eam exercens, non poterit ad aliquã dignitatem aſpirare, exemplificando in cuſtodibus portarum, & porcorum ſimul; ex quo ſtationem retinent uilis mercis, olei, ſepi & ſalis. & ſeruit ad ſtatuta, ac ordinationes, artis, artificijq́; , ſeu artificum mentionem facientia; ſeu facientes, quõ propriè, & impropriè intelligi debeant. Ancha. ait etiam in c. canonum ſtatuta. in cclxxxiij. col. de conſti. q. artificum appellatione, in beneficijs, ueniunt diſcipuli; in priuilegijs non. Sed quid in hortulanis, & incidentibus uenalem herbã, ac lapicidis? Sol. artifices dici non poſſunt, ut ibidem, ideſt in d. c. i. et in. l. lex quæ tutores. C. de admi. tu. Et nota in his, hoc unum eſſe regulare, ſi ex aliqua immixtione artificium corruperint; ut teneantur parti læſæ ad intereſſe. l. item quæritur. §. ſi gemma. & §. ſi fullo. ff. loca. l. ij. & ibi Bar. in fi. C. de murilegu. lib. x. Qui tamen in aromatarijs ſecus dicit, in. l. i. C. de condi. in pub. hor. eo. lib. Cõtrarium Ro. in ſingu. Dxxvi. incip. fui interrogatus. & melius. poteſtq́; pœna pecuniaria amplius per Epiſcopum puniri, ut ibidem. & ſcitu digna eſſe uidentur.

OBSERVATIO XLV.

De abſurditate uitanda in quacunque diſpoſitione.

Abſurditatem in quacunque diſpoſitione

uitare debemus, ne alia ſequatur. l. nam abſurdum. ff. de bo. lib. l. eum qui ædes. ff. de uſucap. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. l. is qui in poteſtate. §. fi. ff. de leg. præſtan. l. ſi autem. §. ſed & 15. ff. de rei uen. l. ſed ſi lege. §. fi. ff. de pet. hæ. l. filius fam. §. i. ff. de leg. i. l. hoc iure. ff. de ſol. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. l. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. ff. de arb. tradit Bal. *in. l. ſancimus. in fi. prin.* C. *de uſu. rei iud. et ideo hac rõne, lex municipalis interpretationẽ recipit; ne innocens ſcilicet puniatur, cõtra iura. l. ii.* C. *de noxa. declarat* Bar. *in. l.* Cæſar. *in viii. col. ff. de publica.* Diſpoſitioq; *intelligi debet cum aliquali impropriatione, ſecundum* Abba. *in c. i. per illum tex. de clan. deſpon. faciendo etiam uim literæ,* Lapo *teſte, in allega. ſuis cxxviii. incip. factum. in i. col. imò q. una dictio, pro alia exponitur, ubi abſurdum ſequi poſſet. ita* Por. *in. §. fi. in ii. col.* Inſti. *quib. alie. li. uel non.* Verba *etiam extenduntur, ut ceßet abſurditas. l. ii. §. liberos. ubi* Alex. *in. i. col. ff. de in ius uo. lexq; ad futura non trahitur, ſi contineat indulgentiam præteritorum delictorum. ut inquit* Ange. *in. l. cum lex. ff. de legib.* Nec *denique argu. à contrario colligitur, ſi abſurdum ſequatur. l. ii.* C. *de noxa. aliquid* Ancha. *in conſil. cxlvi. incip. in prædicta. in ii. col. & in conſil. cxlvii. incip. ſuper alia. in. i. pariter.* Sed *nunquid toleretur aliquando?* Reſponde, *q. ſic, ſi in lege ſcripta reperiatur. l. proſpexit. ff. qui & à quib. tradit* Bar. *in d. l. cæſar. in viij. col. ff. de publica. & in milite uideri poteſt; cui permißum eſt etiam, ut decedere ualeat pro parte teſtatus, & pro*

parte inteſtatus.l.certi iuris: C. de mil.teſta.l.unica. §. his ita.C.de cadu.tol.Vltimoq́; loco in marito, habente actionem ex empto,cum tamen uxor correlatiua, aliam ex uendito non habeat,in caſu.l.cum dotem. & ibi Bal. C.de iure do. Dixiq́; alias in pluribus locis;ita ut nunc de induſtria tranſeundum ſit.

OBSERVATIO XLVI.

De anno, ipſiusq́; diuiſione.

Anni apud nos mentio facta eſt ſæpiſsime. Idcirco dic pro intelligentia, q, à circuitu temporis appellatur;ex quo ueteres an,pro circum ponere ſolebant: aut ſecundum alios,& dictum eſt ſupra lib.iiij. ab anulo,q, ipſius inſtar,in ſe redeat, iuxta illud, Atque in ſe,ſuper ueſtigia,uoluitur annus.quem Ægyptij in hyemem,uer, æſtatemq́; diuiſerunt;uſque adeo ut lyra etiã trium chordarum,à Mercurio inuenta, ob id ſignificetur.Iuriſconſulti,in hyemem et æſtatem. Nos in hyemẽ, æſtatẽ,uer,& autumnũ. Annus etiam, quidã naturalis; quidã uſualis;quidã cerimonialis;quidã legitimus;et quidam emergens,ſecundũ alios,dicitur.Naturalis,q quali bet die incipit,& eadem finitur.c.quadrageſima.de con ſec.diſt.v.Vſualis,incipiens & finiens in Ianuario.c.Ieiunium.lxxvi.diſt.Cerimonialis,ſi à feſto habeat ortum, & feſto finiatur.c.i.de conſec. diſt.i. Legitimus, ſi ab Aprili,ſecundum lunationes.d.c. Ieiunium. Emergens,

quo aliquid magnum emergitur, ut exitus de Ægypto, et ſimile. Latiusq́; tangit Gemi. in c. ſi propter tria. inde ſumpta occaſione, in. i. col. de reſcrip. in vi. In utilem, & continuum quoque, diuidi à noſtris ſolet, ut utilis is ſit, in quo feriati dies haud computentur. Cõtinuus uero cõtra, in quo feriati, & non feriati ſint, eorumq́; generaliter fiat computatio; glo. q́; eſt ad idem not. in. l. fi. C. de tempo. in integ. reſt. pe. & in. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. Vel & aliter dicamus, q. duplex ſit, uertens et magnus; quodq́; uertentem adhuc Ægyptij habuerint bimeſtrem; trimeſtrem Archades; Decem menſium inæqualium Romani, ſub Romulo; cui Numa duos addidit, ut duodecim eſſent, dierum uero ccclliij. qui Hebræorum quoque antiquiſſimus fuit. Iul. uero Cæſar, conſulatu ſuo tertio, eum ad Solis curſum æquauerit, conſtitueritq́; eſſe dierum ccclxv. cuius mentio etiam facta reperitur in. l. cum hæres. in. §. ſtichus. ff. de ſtatulib. et in §. rurſus. Inſti. de actio. & in. l. iij. in. §. minorem. ff. de mino. et in. l. ita uulneratus. in. §. æſtimatio. ff. ad leg. Aql. & in d. c. ſi propter tria. de reſcr. p. in vi. & eſt utilis de quo ſupra, & multum tempus eſſe uidetur annus, qđ ſeruit ad ſtatuta, facientia mentionem de multo tempore in genere, ſecundum Abb. per illum tex. in c. plerunque. in prin. de reſcrip. quamuis plerunque ad ſaluandos teſtes, exponamus annum, ideſt menſem; quia alibi etiam pro ſeptimana capitur. c. propoſuiſti. lxxxi. diſt. late Ro. in conſil. ccci. incip. in præpoſita conſultatione. in ij. col. Magnum dicunt rurſum Ariſto. atque alij, quem Sol, &

Luna,cæteriq; planetæ,in eundem punctum, unde iuncti omnes receſſere,inuicem redeuntes conficiunt; hocq; fieri diuerſimode putantes. Multi æſtate terminabant; nonnulli hyeme; aliqui quadripartitis temporibus;quidam uero Lunæ ſenio;& breuiter unuſquisque abundabat in ſenſu ſuo, ſicuti & nos nunc noſtro; qđ nec reprehenſibile debet iudicari,ex quo natura, in omnibus, nouas ſemper deproperat ædere formas.l.ij. C. de uete.iu.enu.c.non debet.de conſang. & affi.eſt etiam annus Creticus,& Climaterius,alias gradarius,ſexageſimus tertius,quo gloriabatur in epiſtola Auguſtus, q̃ periculum euaſiſſet.haud ignorandum, ut cura optima præſeruati,idem & nos quoque,facere aliquando poſſimus.

OBSERVATIO XLVII.

De Arithmetica.

De Arithmetica non nihil etiam dicẽdum eſt,quoniam prima uidetur inter Mathematicas;adeo ut nulla alia diſciplina indigeat; aliæ uero ipſius auxilium deſiderent,& maximè Muſica, Aſtronomia, & Geometria. Adde igitur et dic, q̃ eſt numerorum diſciplina, unaq; ex ſeptem artibus liberalibus, & quadriuialis quidem, ſicuti ſupra dictæ, ad triuialium differentiam; quæ ſunt Grammatica,Dialectica, & Rhetorica. differentes etiam,quia his operam nauantes,ſunt priuilegiati;illis autem non.l.i.C.de profeſſ.qui in ur.Conſtan.lib.

x.l.geometri.ff.de excu.tu.declarat Bal.in authen.habita.in vi.col.C.ne fil.pro pat. Dicens etiam alibi,in.l.ii. in fi.C.de ſuc.edic. quòd ueram graduum diffinitionem, & naturalem ſignificationem uerborum, ius canonicum non potuit generaliter immutare,ex quo dinumeratio ſupponitur arithmeticæ, quæ eſt ſcientia naturalis. & eſt argu.in.l.i.& ii.ff.de uſuf. ea re.quæ uſu conſu. imò quòd non ſolum ſcientia eſt, in diſciplinis humanitus acquiſita; uerum etiam in dogmatibus theologicis, ſcripturarumq; myſteriis, & ſenſibus capiendis,quàm maximè neceßaria,quoniam non aliter figuratus nodus ſolueretur,quòd Moyſes,Helias, & Chriſtus Ieſus,quadraginta diebus ieiunarunt, niſi numeri cognitione. Non aliter quod Gene.iiii.legitur,dum Eua dixit,poßedi hominem per Deum, & Abel adiicitur, quoniam in numeris,uno addito, ſuperiorem aboleri neceße eſt, ex quo alius fit, Cayn etiam neceßario auſertur. Talorum tamen & alearum luſu, inuentam à malo dæmone, dixit Plato.Cẽſuitq; Lycurgus, eam, ceu turbulentam,è repub. eiiciendã eſſe; & malè, aliis dicentibus quoque hæreſes Marci, Magi, & Valentini, ex numeris proceßiße;nec negandum, ſi ea malè homines utantur; ſed non quòd humano generi non ſit (ut diximus) niſi maximè neceßaria.

OBSERVATIO XLVIII.

De Agnatis.

Agnati, dicuntur cognati, per uiriliſ ſexus cognationem coniuncti; cognati uero, qui per fœminini perſonas, cognatione iunguntur pariter, ut in. §. ſunt autem. Inſti. de legi. agna. tu. & in. l. ſunt autem. ff. de legi. tu. ita ut omnis agnatus, ſit cognatus; non ė contra, omnis cognatus, agnatus; ut in d. locis not. & eſt ſimile in l. i. in. §. adeo. ff. de pact. Vbi omne pactum eſt conuentio, ſed non ė contra. & in. l. ſi quid carum. in. §. inter emptum. ff. de leg. iij. ubi omne emptum paratum eſt, non ė contra. & alibi, omnis tranſactio, pactum; non ė contra ir d. l. i. ff. de pact. & in. l. cum pro ponas. ij. C. de trāſac. & alibi inquit Bar. in. l. ij. in. §. creditum. in prin. ff. ſi cer. pet. quòd ſic omnis populus eſt plebs, ſed non ė cōtra plebs eſt populus. Quibus uicina eſt etiam amicitiæ diffinitio, Ariſto. quòd eſt beneuolentia non latens in cōtrapoſitis; ſed non ė contra beneuolentia amicitia, quia poſſem te amare, & tamen poſſes tu mihi amicus non eſſe; perinde ac ſi diceremus breuiter, omnis homo eſt animal, ſed quòd hoc ipſum non conuertatur. & iſta quantum ad iſtud, ſatis ſint. Verum ad materiam ſcias, quòd agnatio nomen eſt iuris, à lege xij. tab. inuentum. §. fi. inſti. de legi. agna. ſuc. tradit Bal. in authen. in ſucceſſione. in fi. C. de ſuis & legi. quodq; ſoli olim ad ſucceſſiones admittebantur, ut ſalua eſſet per maſculos familiarum dignitas. l. i. §. denunciari. ff. de uen. inſpi. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de uerbo. ſi. diximus latė in rub.

C.qui admit.in.i.& .ij.lectu. Vnde ſtatuta etiam facta ſunt,ut fœmine excludantur,ſtantibus maſculis,fere per totam Italiam,& not.in.l.maximum uicium.C. de lib. præte.aliquid Ancha.in conſil.cccxxxix. incip.pro maiori.in.iij.col.& eſt egregium conſilium. & olim dixi, quia hodie ſublata eſt differentia agnationis & cognationis, ſicuti patriæ poteſtatis,et emancipationis.§.nullum.in authen.de hæ.ab int.ue. & quòd deniq; agnatio non tranſmittebatur niſi ad ſuos,ſecundum eundē Bal. in.l.i.in pe.col.C.de priuil.dot. Appellatione agnatorū etiam ueniunt conſanguinei ex latere paterno.l.i.§.i.ff. de gradi.& in.l.cum acutisſimi, ſentit Sicu.in lxij. col. C.de fideicom.ſi pater dixiſſet,inſtituo filium meum;& ſi ſine agnatis deceſſerit,uolo,quòd hæreditas mea diſtribuatur inter pauperes Chriſti, poſt eundem Bal.in c.ſi pater de teſta.in vi. & eſt nomen quoque,quod baſtardis non conuenit,ex quo non ſunt de domo ; ut inquit Bar.in.l.fi.in.i.col.C. de uerbo.ſi. ſubijciens,quòd ius congrui non habent,& idem in.l. Spurius.ff. unde cogna.& tradit in tracta.iuris cōgrui Matthæ.Afflic. in.x.not.in.i.col.Vltimo agnatio quædam naturalis dicitur;quædam uero ciuilis,differentes effectu, ut differunt qualitate.l.ſi pater.& ibi Bar. C. de hæ. inſti.l. nec apud.eo.titulo & lib.naturalis,ut ſupra ciuilis,adoptione conſyderata,& eſt argu.in.l.i.ff.de adop.declaratq; Bar.in d.l.ſi pater. Dicti amplius,quaſi a patre cognati, ueluti frater ex eodem patre natus.ut in d.§.i. Inſti.de legi.agna.ſuc.

OBSERVATIO XLIX.

De augumento.

Quia de augumento extant tractatus ampliſſimi, & maximè Alber. *bru. aſten. non inſiſtam multum ſub hoc genere, ſed aliqua dicam tantum obſeruata, quibus huic quinto libro ſatisfactum eſſe uideatur. idq; unū præcipue, quod cum regulare ſit in materia, idem de eo iudicari, quod de re aucta. l. etiam, & ibi duo iuris lumina* Bar. & Bal. *C. de iu. do. l. inter ſocerum. §. cum inter ff. de pac. do. l. ſi ex toto in prin. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de leg. i. tradit* Alex. *in. l. diuortio. in. §. ob donationes in ij. col. ff. ſol. mat. & idem* Albe. *bru. in d. tracta. in xxviij. in v. conclu. prin. poteſt not. determinari q. territorij augumentati, utrum ad partem auctam, ſtatutum extendatur, quam ad propoſitum examinat* Ancha. *in repe. c. canonum ſtatuta. in clxxv. col. & ſeq. de conſti. & aliā in dote,* Bar. *in diſputatione vij. incip. mulier habens magnum patrimonium. in. i. col. & aliam* Rui. *in. l. i. in xxxij. col. ff. de lega. i. quòd ſi pater, filio, minus legitima relinquat, ad ſupplementum hypothecaria agere poterit, ratione prædicta.* Et aliā *deniq;* Nel. *in tracta. ban. in. i. par. ij. tempo. in lvi. q. incip. Sempronius, in. i. col. quòd ſi Sempronius bānitus ſit de ciuitate* Florentiæ, *& eius comitatu, habeatq; domicilium Piſis non poterit ibi habitare, ſi poſtea ſubijciatur* Dominio Florentinorum, *prout eſt nunc.* Et aliam Ro. *in conſil.*

ccclxxxiij.incip.in præpoſito caſu.in.i.col.in fi.quòd au gumẽtum gratiæ uiciatur per taciturnitatem beneficij, ſicuti & ipſa gratia. Et aliam idẽmet in conſil.cccclxix. incip.quo ad primum.in ij.quòd lucrum quæſitum pecu nia paterna,in peculium filio data,augumentum peculij cenſetur,totumq; debet communicari.& uidetur in ar= gu.commode adduci poſſe,quod habetur in.l. quæ reli= gioſis.ff.de rei uendi.& in c.translato.de conſti.cum ſi milibus. & ad intelligentiam nota,quòd triplex eſt au gumentum, intrinſecum, Extrinſecum , & Diſcretum ut per Bal.in .l. ædita. in ij. lectu.in v.col.C.de æden.

OBSERVATIO L.

De anathemate.

Anathema, idem eſt quod excommunica= tio,quo ad uinculum,& anathema appellatur,quaſi ſu= perna maledictio.c.cum non ab homine de iudi. ab ana, quod eſt ſurſum,& theta figura, quæ imprimebatur olim in frontibus damnatorum. Vnde ad Gala. Pau.i.ſi quis uobis euangelizauerit,præter id, quod accepiſtis, anathema ſit.& ad Corin.xvi.Siquis non amat D. no= ſtrum Ieſum Chriſtum,anathema ſit,maranatha. Eſt ue= rum quòd anathema fertur cum maiori ſolemnitate,quã excommunicatio,ab Epiſcopo ſcilicet, circunſtantibus ſi bi duodecim ſacerdotibus, & candelis quidem accenſis c.debent.xi.q.iij.quæ etiam non minor in abſolutione

deſideratur.c.cum aliquis.ea.q.& cauſa. Excedit igitur *excommunicationem,quo ad maiorem ſolẽnitatem, quo ad opinionem uulgarium,ut magis tereantur,& in difficultate quidem obtinendi abſolutionem, & ut per* Abba.*latius,in c.cum ab eccleſiarum prælatis. in ij.col. de offi.ordi.aliquid in.c.ſiquis in prin.de reb.ec. non alie. Sed quid ſibi uult uerbum* Pau.*in loco de quo ſupra* Maranatha? *Sol.hebræum eſt indeclinabile,quod aduentũ* Domini *ſignificat, & interpretatur* Maranatha*, ideſt* Dominus*; quaſi dicat, ſit anathema, ideſt ſeparatus a* Deo*, ſiue condemnatus, donec ueniat* Dominus. Et *ad propoſitum,anathemate,quis diaboli poteſtati ſubijcitur,ſi ſe non emendauerit,ſalq; infatuatum dicetur,quod calcatur pedibus;uerbaq́; talia tunc proferuntur.* Et *a ſocietate omnium* Chriſtianorum *ſeparamus, eum tradentes ſathanæ,docetq́;* Bal.*in.l.ſi is qui.in. iii. col.C.ſi pen.ap.mors inter.* Caueat *igitur quis, ne maledictionem iſtam incurrat,quoniã ſicuti ſuperna eſt,poſſet etiam eſſe inferna; nec ſeparatus à* Deo*, eidem uniri facilè.*

MARCI MANTVAE
BONAVITI, PATAVINI
Iuriſcon. publiciq; matutini interpretis,
Obſeruationum,

LIBER SEXTVS.

OBSERVATIO. LI.

De animo, an ſit facti, uel iuris.

ANIMVM eſſe facti, indubitati iuris eſt, hoc idēq; tenent omnes, & eſt caſus in l. bonæ fidei. ff. de acquire. do. ita ut aliàs fruſtra dubitaſſe uideantur Doctor. in rub. C. qui admi. ubi & nos multa, an bo. po. ſit facti, uel iuris, quoniam cum in ea animus requiratur, facti potius quàm iuris eſſe uidebitur. Qua de re nec etiā transmittitur non agnita, ex quo ea, quæ facti ſunt, nō transmittuntur. l. iii. §. deniq;. ff. de bo. po. tradit Bal. in l. emancipata in prin. C. qui admi. Qui ad materiam in authen. ad hæc. in iii. col. C. de uſu. dicit etiam, quòd ubi non requiritur factum præſcribentis, ibi nec bona fides deſideratur, quæ facti eſt, ex quo in animo conſiſtit, ſi-

gnanter per d.l.bonæ fidei. Vnde inferri poſſe uidere=tur, ſicuti conſiſtentia in animo, probantur iuramento, §.aliæ.Inſti.de actio.ubi glo.magiſtra,& not. in.l.i.in §.i.ff.de iti.actuq; priua.& in c.ſignificaſti. de homi. quòd ſic etiam bona fides poſſet probari;& tamen hoc eſt falſum,& ideo Bal.uidendus eſt in.l.i.in ulti.col.C. de ſer.& aqua. Sed quòd animus non ſit facti,probatur per tex.in.l.pro hærede.in prin.ff.de acqui.hæ.ibi, non tam facti,quàm animi eſt. & in.l.i. in §. Sceuola .ff. ſi quis teſta.lib.eſſe iu.fue.ibi,quæ facti eſt & animi.ergo animus non eſt facti,cum ut diuerſa ponantur in locis iſtis. Sol.primum intelligitur, non tam facti alterius, quàm animi,ut ibi per Bar.& in.l.poſſeſſio. in §.i.ff. de acqui.po.& in.l.ſi is qui pro emptore in vii.col.ff.de uſucap. Nec aliter ſecundum,niſi ut pro eodem ponantur ſicuti ſeruitus & aqua alibi,in rub.C.eo.& quòd ſit facti,uidetur melior tex.de iure,in.l.id quod noſtrum.ff. de regu.iu.ibi,ſine facto noſtro,quod uerbum pro uoluntate capitur,& animo,quæ huiuſmodi ſunt,ut ibi etiam interpretes dicunt,& bene. Et hinc eſt,quòd non ſolum ex qualitate perſonarum,uerum etiam facti,cognoſcitur & præſumitur,ſecundum Bal.in.l.i.in.i.lectu.in ii.col. C.unde ui. Dic tu,quòd eſt caſus in.l.labeo. in. §. idem Tubero.ff.de ſup.leg.& in.l. reprehendenda.C. de in=ſti.multa congerit ad propoſitum Ro.in conſil.xcvi.incip.ſuper eo.in ii.col.& in conſil. ccxlvii. incip. Primo in ii.col.pariter,Quodq;(& magis in terminis) ipſius declaratio,non tranſit ad hæredes,& ſi in aliquo con=

tractu ſubſit tacita conditio, niſi cõtrahentem pœniteat; iſta pœnitentia rurſum, non tranſit ad hæredem. l. iii. ff. de ſer. expor. l. ſi ego. §. ſi res. ff. de iu. do. tradit Bar. *in. l. qui* Romæ. *in.* §. Flauius. *ff. de uerbo. ob. & in. l. inter ſtipulantem in.* §. *ſi ſtichum. ff. eo.* Inquit etiam Bal. *in. c. fi. in. i. col. de conſue. quòd conſcientia eſt ut bona fides & animus quid facti, ita ut nulla iuris conſecutione, ſeu conſuetudine poſſint mutari.* Et alibi, *in c. i. in.* §. *ſi quis per triginta, ſi de feu. fu. con. int.* Do. *et agn. in uſib. feu. quòd in præſcriptionibus oportet allegare bonam fidem in animo conſiſtentem, quoniam alias non præſumeretur. l. in bello.* §. *factæ. ff. de cap. & poſt li. re. c. cũ in iure peritus. de offi. del. quod a ſupradictis quoque pẽdet, & à not. per* Bal. *in. d. l. i. C. de ſer. & aqua.*

OBSERVATIO LII.

De abſolutione.

Multiplex eſt abſolutio; quædam, quæ ſimplex eſt, & regulariter fieri ſolet, à ſententia excommunicationis, ſeu ab anathemate, in quas abſoluendus incurrerat: & de his habetur in c. à nobis magno. de ſen. excom. & in c. cum aliquis. xi. q. iii. quædam quæ fit ad cautelam; & de hac in c. ſolet. & in c. uenerabilibus, de ſen. excom. in vi. Verum *nota, ꝙ illa, quæ fit ab anathemate, deſiderat maiorem ſolemnitatem, quàm ſimplex, ut dixi ſupra lib. proximo. quodq́; illa, quæ fit ad cautelam,*

lam,eſt ualde extraordinaria, & præiudicialis, conceditur q; difficilius,quàm ſimplex, ex quo in ea non recipitur iuramentum,nec cautio præſtatur, nec ſatisfactio denique impenditur,ut in locis prællega.legitur,& declarant etiam Do.de ro.in deci.ſuis ccccxxvi. incip.ſi decanus.in fi.in nouis.tetigiq; ego, in c.prudentiam.in. §. fi.in.i.not.de offi.del. Imò q, nunquam fieri mandat Papa in dubio,niſi expreſſum ſit,ſecundum Abb.in c.capitulum s.crucis.in ulti.col.de reſcrip. alias & ad propoſitum, abſolutio, & excommunicatio paribus ambulant paſſibus,ex quo nec iſta ualet,lata ex falſa cauſa,& ordine iuris non ſeruato,nec illa.c.ſacro.de ſen.excom.c.i. eo.titu.in vi.& dicti Do. de ro.firmãt, in deci.cccxcix. incip.ſi pronuncietur,in prin.eo. lib. Reſeruatur quandoque etiam Papæ abſolutio, in ſignum ſpecialis priuilegii,nec tranſit in alium,ut in delegato eiuſdem,& tradit idem Abb.in c.prudentiam.in.§.ſexta.in v. not. de offi.del. Qui ibidem etiam inquit,in ulti. col. q, quando conſtat fama, aliquem eſſe excommunicatum.cogitur,uel ſe expurgare, uel abſolutionem petere ad cautelam, & perſonaliter quidem,in quacunq; abſolutione loquamur, debet quis eam petere,nõ autem per procuratorem,quia non oſtenderet ſe uerè pœnitentem.l. interdicimus. & ibi Bal.in prin.C. de Epiſ. & cleri.Sed nunquid teſtes excommunicati,abſoluantur ad cautelam, ut perhibeant teſtimonium? Reſpondet Bal.q, ſic, ne ſubſtantia probationum pereat;& plus,q, erit uera abſolutio,non autem ſuſpenſio,in c.ueniens.in.i. & ij. col.de teſti. Fit etiam

ex alio generaliter, propter periculũ cõmunis, uel læſionis iuſtitiæ, ut in iuribus, de quibus ſupra ſolet, uenerabilibus, de ſen. excom. in vi. & ueniens. de teſti. & nouiſſimè dicti Do. de ro. tradunt, deci. ccccxxxvi. incip. fuit dubitatum in nouis adhuc. Abſolutio quoque à ſententia excommunicationis, appellatur in integ. reſtitutio. c. ex literis. de reſcrip. c. i. & ibi Bal. in prin. in pe. col. hic ſi. lex D. Fed. in uſib. Feu. Eſt etiam abſolutio ab obſeruatione iudicij, (de diffinitiua enim rei, nihil dico, quoniã certum eſt, datis actori legitimis dilationibus ad probãdum, locum habere ſemper eo non probante. l. actor qđ aſſeuerat. C. de proba. l. qui accuſare. C. de æden. aliquid Ro. in conſil. cx. incip. quæſtio. in prin.) quæ fit, quando de cauſa non liquet. l. properandum. §. & ſi quidem. & ibi Bar. in ij. col. C. de iudi. Vel ſi ſuperueniat exceptio reo, per quam funditus tollatur ius actori ipſo iure, pendente iudicio, puta ſi ſoluit, quia iã à cauſa abſolutus eſt. & hoc eſt, quod dicitur, ꝗ omnia iudicia ſunt abſolutoria. §. fi. Inſti. de perpe. & tempo. ac. tradit Bar. in. l. iusiurandum & ad pecunias, in. §. cum res. ff. de iure iu. et ad materiam ſciendum eſt, requirere trinam citationem, ut inquit Abb. in c. conſuluit. in ij. col. de offi. del. poſt Inno. in c. ad petitionẽ. de accuſa. quodq; peti poteſt (eodem teſte) non ſolum poſt litem conteſtatam, ſed etiam ante, in d. loco. & probatur in præallega. l. properandum. et in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. & ꝗ denique abſolui, & abſoluere, ſunt paria. l. ſi quis cum totum. §. plane. ff. de excep. rei iud. firmat idem Bal. in c.

licet.de offi.lega. Ineptitudo libelli etiam, non patitur ut feratur ſententia ſuper eo,quod petitur,ſed ad obſeruationem iudicij,ut ſupra,& in c.examinata.de iudi.& in.l.i.ff.ſi men.ſal.mo.di.& per Ancha.in conſil.ccclxxxiij.incip.primo.in ij.col.Eratq; ipſius litera apud antiquos.T aſ;ſicuti quando damnabant Tita,cordi transfixo ſimilis,in hunc modum θ. & ſi de cauſa non liquebat ut ſupra ponebant λ. indicantes accuratius eam eſſe cognoſcendam.

OBSERVATIO LIII.

De Colonis aſcriptitiis.

Qui ſint coloni aſcriptitii,nemo eſt,qui neſciat, ut in.l.ne diutius.C.de agrico.& cen.lib.x. & in.§. aſcriptitius.in authen.de ſanc.ep. Verum ad materiã notã hoc ſolum,q; ſerui non ſunt,ſed ſimiles ſeruis,& ſerui li macula aſperſi,ut inquit Bal.in.l.i.ad medium. C. de com.ſer.ma. & in.l.cum precum.in ii.col.C. de lib.cau. & in gleba amplius, & gleba inipſis, ut pauperes in hoſpitali,& hoſpitale in pauperibus.l. quemadmodum. C.de agrico.& cen.lib.x.tradit idem Bal. in. l. ſi quis. in xii.col.C. de Epiſ. & cle. quodq; Iudæi poſſidentes Chriſtianum mancipium,acriter puniuntur. l. i. C. ne Chriſtia.man.& tamen in colono aſcriptitio, ſecus;ex. eſt in c.multorum.de Iudæ. quem exclamat Sicu.in. l.ii. in.§.ex his.in xv.col.ff.de uerb.ob. Subiiciens, dari in-

tellectum ad.l.cum ſcimus.C.de agrico.& cenſi.lib.x.et minimè mirum adiuncti ratione.l.ſi.communem.ff.quẽadmo.ſer.ami.dixiq́; latè ſupra libro prĩmo.

OBSERVATIO LIIII.

De armis.

De armis hic,prout uerbum ſonare uidetur,ad offendendum,loqui non intendo, niſi ut infra, quoniam ſatis conſtat ex ſe,quæ ſint, & quæ eorum appellatione ueniant.l.armorum.ff.de uerbo.ſi. aliquid in.l.imperiũ: ibi, gladii poteſtatem.ff.de iu.om.Iud. & minus,ꝙ clericorum ſunt orationes & lachrymæ, quoniam habetur etiam clare & apertè in c.conuenior.xxiii.q.viii.& in c.dilecto.de ſen.excom.in vi.quodq́; arma hæc,magis milites ſcire,quàm iura,ſacratiſſimus legis lator exiſtimauit,in.l.fi.in prin.C.de iu.del.& in.l.i.C.de iu. & fac. igno.& in.l.milites.C.loca. Sed aliter, de illis ſcilicet, quæ ſunt inſignia ſingularis dignitatis.de quibus etiam Bar.fecit tractatum. Quantum ad nos igitur,& in materia, quod in præſentiarum huic generi maximè conuenire uidetur,armorum impreſſionem in alienis rebus, eſſe à iure prohibitam obſeruauimus, ultra dicta in loco præallega.eaq́; euelli et aboleri,ſatis lugubre.l.lex quæ tutores.§.nec uero.C.de admi.tu.tradit Ancha.in cõſil. cclvi.incip.ex ſerie.in fi.& idẽ de ſigno notarii, Ang. in diſpu.incip.accuſatus.in ii.col.& ſi apud quem rema-

nere debeant quæratur;reſpondebo, apud principalem domus; ex quo in ipſo, tanquam in capite ſtat ſplendor geniture.l.cum in diuerſis.ff.de reli.& ſump.fu.l. cum ſcimus.C.de agrico.& cen.lib.x.& ſentit Bal. in.l.i.in i.col.C. pro ſo.ſubijciens etiam, q. quis alieno anulo ſignare non poteſt,niſi ſibi ſpecialiter committatur. l. ad teſtium.ff.de teſti. Quodq; ad propoſitũ ſuperius,arma & inſignia mouens de loco,terminum mouet, & minimè licitum eſt.l.ſi conſtiterit.ff.fami.her.l.pe.ff. de termo.& alibi,q. hoc ipſum facientes,tenentur etiam de falſo,alias pro libito uoluntatis poſſunt ſibi arma aſſumere,& mutare.l.i.C.de mu.no.l.falſi.in prin. C. ad leg. cor.de fal. & ſi priuato fraus fieri non poteſt,multo minus poterit Principi;puta, quia eius inſignia aſſumantur,quoniam is tunc non ſolum falſi teneretur,uerum ẽt in crimẽ incideret maieſtatis læſæ; ex quo ſic uideretur, ſe uelle ei parem facere,& male, Luciferis exemplo,qui cum ſuperno Principi ſimilis eſſe uoluiſſet pariter,de paradiſo eiectus eſt. Vnde prouerbium,Qui lupus non eſt, nec eius pellem ſumere præſumat.ut ibidem, & in.l.tem perent.C.de ueſt.olob.lib.x. Diruentes etiam ſtatuas deputatas ſepulchro,actione ſepul.uio. tenerentur,applũbatas tamen & affixas,alias interdicto quod ui aut clã. l.ij.ff.de ſep.uio.declarat glo.in. l.ſi ſtatua. ff. de iniur. & Bellen.in tracta. de charita.ſub. in xcij.q.in fi. Sed quid de his,qui ſunt de ciuitate,propter proditionem,expulſis? Sol.deleri eorum arma & ſtatuæ debent ſine dubio.caſus eſt in.l.eorum.ff.de pœn. & in.l.i.in prin.C.

de lat.lib.tol.& in ſingu.ſuis ponit Ro.ccccIxxiiij.inci i corum.& Dclxvi. incip.arma. multa Cæpo. de ſerui. urbano.prædi.c.lxxi.de picturis.Quæ ſtatuæ,adeo ue= nerabiles erãt antiquis temporibus, ut damnati ſint,qui eo in loco,ubi erant,urinam feciſſent,uel coronam eis de traxiſſent.& ad propoſitũ,argumentum eſt etiam,nobi litatis amiſſæ,quia(ut diximus) inſignia ſingularis di= gnitatis, & nobilitatis eſſe uidentur. & nouiſſimè ad= huc teſtatur Bonus Brixien.in tracta.nobilitatis, in pe. col.in prin.Sic nomen & ſtatuæ infamiſſimi Imperato= ris Heliogabali Antonini,deiectæ,abolitæq́; fuerũt. ſic Maximiani.Sic Domitiani,aliorumq́; propemodum in= numerabilium,quos longum eſſet recenſere.Mirabile di ctu uidetur tamen, in Fauẽtiæ recuperatione,ubi antea Petrus Landus,nunc optimè meritus Princeps,deſigna tus prætor fuerat, & eo quidem tempore, quo Veneto parebat imperio,omnium arma,inſigniaq́; deleta fuiſſe; imò & nomina abraſa, abolitaq́; penitus, præter hoc unicum Landi,apertiſſimum ineffabilis prudentiæ, ſa= pientiæ,iuſtitiæ,bonitatis,& clementiæ, argumentum, quo aliis eſſet poſthac, ſic agendi exemplum;ut non ſo= lum amici, uerum etiam inimici eos diligant, nomenq́; ſuum perpetua beneuolentia colant. Sed adhuc quæritur in ſtatuis Principum; nunquid populares teneantur cõ= tribuere? pro ſol.dic.ꝙ non,niſi aliud dictet conſuetudo ut in Iudæis.l.in noſtræ.l.fi.C.de ſtatu.l.Iudæorum.C. de Iudæ.l.i.C.de au.coro.lib.x.Nec ad propoſitum pri= mum,ſilentio inuoluo,de armis aliter intelligẽtes, ꝙ il=

la ab arcendo, dicta appellataq́; fuerunt. quodq́; portari de iure ffſorum, non poterant, neque poßunt, niſi extra ciuitatem. De iure Codi. indiſtinctè prohibetur eorum uſus, niſi de Principis licentia. l. i. C. ut arm o. uſus. lib. x. & plus nouißimo authenticorum, q̄, neq́; etiam ad defenſionem permittuntur, niſi gladii ad panem incidendum, temperandum calamum, & ſimilia faciendum, ut in. §. pe. in authen. de armis. & latius per Bar. in. l. i. ff. ad leg. Iul. de ui pub. alias puniuntur qui ſecus agunt, niſi ruſtici fuerint, qui ſolum armis debent priuari. c. i. §. ſi quis ruſticus. de pa. te. in uſib. feu. refert Ro. in ſing. ſuis cclxiii. incip. prohibitum. quod nota. & quando quis eſt in itinere, & per ciuitatem tranſit, debet ipſa ligare, ne malo animo portare uideatur, quod etiam facile præſumitur. d. §. ſi quis ruſticus. & ibi Bal. ſubiiciens, q̄, ſi regulariter deferri non poteſt, multo minus poterit in palatio Principis, & ita ſeruatur. & idem dicit Alua. in §. ad palatium. eo. titulo. & lib. & certe arma timenda ſunt, unde mors uenit, quæ conſtantißimos etiam terret, eſtq́; propria paßio uirorum fortium, & ultimum terribilium, ut ſentit Bal. in conſil. ſchiſma. quod eſt poſitum ſub titulo ſi quis aliq. teſta. probi. in iii. col. & ipſa experientia docet, magiſtra rerum efficax. c. quam ſit. de elec. in vi. Dum etiam dixi, quòd orationes & lachrymæ, ſunt arma clericorum; adde nouißimè, quòd hac ratione, Epiſcopus non poteſt tenere officiales armatos, pro exequutione iuſtitiæ. ita Abb. in c. ſignificaſti. ad fi. de offi. Dele.

OBSERVATIO LV.

De Attinentibus.

Quia contingit plerunque, mentionem attinentium facere in iure, iſtud ipſum in præſentiarum ſolum ſcribam, qui eorum appellatione contineãtur. & dicam breuiter, nomen latum eſſe, comprehendens omnes, qui coniuncti ſunt affinitate, & conſanguinitate, quodq́; hi omnes continentur; ita Ange. in. §. Iconomus. in authen. de alie. emphy. & eſt utile, quia ſtat ſtatutum alibi, ꝗ quando quæſtio eſt inter attinentes, hi compromiſſum facere cogantur. Vel ſecundum Bal. dicamus, in c. in literis. in prin. de teſti. ꝗ attinentes ſunt illi, qui poſſunt accuſare, tanq̃ proſequentes ſuorum iniuriam, per tex. in. l. ſi fœmina. C. ad turpil. & in. l. i. in fi. ff. de poſtu. quorum primum tamen, mihi melius, ſolidiusq́; uidetur. & ad propoſitum uidendus eſt quoque Sicu. in repe. l. cum acutiſſimi. in LI. col. & lx. C. de fideicom.

OBSERVATIO LVI.

De augurio.

Nemo eſt, qui neſciat, multiplex diuinationis genus fore; potiſſimumq́; ex his augurium. Vnde poſtea dicti augures fuerunt, qui uolatus auium, & uoces intendunt, aliaq́; ſigna rerum, uel obſeruationes impro-

niſas,hominibus occurrentes, ferunt.Iidemq́; ſunt Auſpices,& auſpicia,quæ iter facientes obſeruant, quaſi auium garria. ſeu augurium,quaſi auigerium. & auſpicia rurſum,quaſi auium ſpicia.& ut latius in.c.i.xxvi.q.iiij.& hinc eſt quòd exordia litium,auſpicia,ſiue auguria appellantur alibi,in c.paſtoralis . de cau. po. & pro.& in.l.falſi.C.ad leg.cor.de fal.quia qui litem incoat,augurijs, & dubio rei ſe committit; quemadmodū olim in auium aſpectu(ut diximus)conſiſtebant; ut ibi per glo.& Docto. Auguriaq́; captabant augures Romæ,in uia ſacra. Augurium corui,legitur,in obſidione Gazæ,quòd Alexander uulnerari debebat. Et aquilæ ſupra eius caput intrepidæ uolantis, dum cum Dario Perſarum Rege confligeret,ac uictoriæ ſignum indicantis.Item & polentæ, quando Alexandria inde ædificabatur,ex quo uolucres aduolarunt,ipſam polentam, qua ciuitatē diuiſerāt, comedentes,quia multis aduenis præbere alimentum debebat.Sed dubium eſt hodie, an augurem eſſe,uel uti augurio,ſic etiam liceat.Reſpōde, quòd non,quodq́; clericus,uel laicus, qui hæc didicerit,uel docuerit,aut conſuluerit,habebitur ab eccleſia extraneus. caſus eſt clarus.in.c.aliquanti.xxvi.q.v.

OBSERVATIO LVII.

De Archimandritis.

Sola glo.in iure uidetur,quæ declarat,quid ſi-

bi hoc ipſum uerbum Archimandrita, uelit, ſemper notanda, in.l.uictor.C.de ſum.tri.& fi.catho.dicens, Abbatem eſſe, qui præeſt ouibus, ideſt monachis; quodq; hi ſunt interdũ lupi rapaces, ab archos inde appellari, quod eſt princeps, & mandros, ideſt ouis. & bene; ſicuti Archidiaconus, Archipresbyter, & Archiepiſcopus, quia diaconibus, presbyteris, & epiſcopis, ſimilesq; ſimilibus, præeſſe dicũtur. Sed tamen adde aliã in ſupraſcriptione, c.diſpenſationes.i.q.vij. & utranq; memoriæ cõmenda.

OBSERVATIO LVIII.

De alteratione.

Quid ſit alterare, liquet omnibus. Vel & breuiter hoc ipſum, nihil aliud eße dicas, niſi uariare rem, mutare, & quaſi alteram facere. In tantum, ut nec Papæ idem permittatur, quo ad uſum eorum, quæ per fideles donata, ſeu relicta ſunt eccleſiæ.c.non liceat.xi.q.ij. Sed ad materiam nota, quòd quædam neceſſaria eſt, quædã utilis, quædam tolerabilis, quædam uero & ultimo loco, temeraria. Prima cauſa cognita conceditur, quia neceſſitas, tanquam ingens telum (ut aiunt) nulli legi ſubiecta eſt.l.i.ff.de offi.cõſu.l.qui potuerunt.ff.de ma.teſta. probabile alias faciens, quod eſt improbabile, ut in d.locis. Secunda, & tertia non, niſi Principi.l.legatum.ff. de uſuf.lega. Vel dicamus propter utilitatem, concedi facile. non propter uoluntatem, niſi principi.l.fi.ff.de ope.

pub.l.prohibere.§.plane.ff.quod ui aut clam. Quarta nullo modo,quia per aditionem hæreditatis, nata eſt naturalis obligatio,quæ per reſcripti temeritatem, tolli non debet.Ita Bal.multum egregie,in.l.ſi teſtamentum. C.de teſta.& conferunt ad not.in d.l.legatum ualde.aliquid Bar.in.l.pater filium.in §. tuſculanus. ff.de lega. iij.& in l.legata.ff.de admi. re.ad ci.per. ubi in materia,bona & ſing.diſtinctio.et ad propoſitū alteratio uideri poteſt,in l. Aquilius regulus.ff.de dona. quam inducit Bal.in l.ſi duobus.in ij.col.C.communia de lega. & quo quo modo conſyderari in l.i.ff.de dona.& in l. hoc legatum.ff.de lega.iij.

OBSERVATIO LIX.

De affectione ſanguinis.

Quòd affectionis & ſanguinis habenda ſit ratio,eſt tex.clarus,in l.ſi domus.in §.qui confitetur.ff.de lega.i.ubi ſi quis neget ſe præſtare debere ſeruum hæreditarium, forte patrem,uel matrem,uel fratres naturales,æquisſimum erit ei,ex hac cauſa,concedi officio iudicis,ut præſtet æſtimationem, & limitabitur regula l. ij.§.i.ff.ſi cer.pct.quòd aliud pro alio,inuito creditore ſolui non posſit, affectionis ratione,& ſanguinis, utſupra & idem in l. Aurelius.in §.titius.ff.de lib.lega.ubi ſimiliter patri generalis liberatio relicta,continet liberationem reliquorum,propter naturalem(inquit tex.)

affectum.& ſic ſecus in extraneo. Imo quòd affectionis ratione ſimpliciter,ut dicitur etiam in l.ſeruus. in fi.ff. de ſer.expor.ſi uendo tibi ſeruum,eo pacto, ut non exportetur,nomine pœnæ,quòd agere potero ad pœnam, ſi exportabitur.Sed adde quòd not.q.amplius determinat Bal.in l.tutor.in.§.i.ff.de excu.tu.per illum tex.et per tex.in authen.quibuſcunque.C.de Epiſ.& cle.& in c.requiſiſti.de teſta.quòd exequutor teſtamenti, non poterit eligere filium in pauperem, ex quo non uideretur motus ratione paupertatis,ſed filiationis.Et forté dicta in patre & filio,extendi poſſent ad uirum & uxorem; quam affectionem illis æquiparat Bar.in vij.diſp.incip. mulier habens magnum patrimonium.in.iij.col. & probatur in l.i.& ſeq.ff.de lib.ho.exhi.& in l.i.ff.de iniu. & in l.cum alienam.C.de lega.& hac ratione dixit adhuc idem Bal.in l.fi.in ij.col.C.de indic.uid.tol. quòd ſicuti uxore relicta maſſaria in domo,eidem alimenta debentur,ita debebuntur ſorori,uel matri ſi ſic relinquantur,ex quo uerba non aliter ſonant in una perſona, quã in alia,ubi eorum certa eſt interpretatio. l.item legato §.parui.ff.de leg.iij.Affectio etiam donationem præſumi facit,quæ alias non præſumeretur.l.quæ dotis. & ibi glo.ff.ſol mat.l.ſi ſeruus communis.ff.de do.int.ui.et ux.l.donationes.§. pater.ff. de donat. multa Benedic. Plumbi.in diſputa.incip.ſtatuto ciuitatis cauetur.in iiii. col.& Flo.in ſuis.prima,incip.mulier.in.ii.Tollit præſumptionẽ fraudis.l.ſiquis.§. ſi qs.C.de bo.præſcrip.l. fi.ff.debis quib.ut indi.firmat idẽ Flo.in loco præal.in

xiii. col. in prin. & quandoque ueritatem impedit. c. accuſatores. iii. q. v. & quod de ſimplici affectione dixi, declara locum habere, ſi maximè iuncta ſit rationi natura li. d. l. ſeruus. ff. de ſer. expor. l. ut uim. ff. de iuſti. & iu. & hoc ipſum ſapientes opinati ſunt, eodem Bal. *teſte ad huc, in l. i. in pe. col. C. ſi ſer. ext. & ad propoſitum uidetur melior tex. de iure, ultra allega. ſupra in l. ſi in emptionem. ff. de mino. & in l. ſi cui. ff. de leg. ii. & in l. libertus qui ſoluendo. ff. de bo. lib. & intereſſe affectionis, in caſu d. iurium, potiſſimumq́; d. l. ſi in emptionem. uocat* Bar. *ſignanter, in l. unica, num. x. C. de ſent. quæ pro eo quod int.*

OBSERVATIO LX.

De albo.

In pluribus locis, albi mentio facta eſt, & præcipuè quidem in l. i. in prin. ibi, Qui producit aduerſarium ſuum ad album &c. ff. de æden. & in. l. ſi quis id quod. ff. de iu. om. Iud. *ubi actio popularis inſtituta eſt contra corrumpentem edictum, in albo* Prætoris *poſitũ. & in rub. ac l. i. ff. de albo ſcri. ubi pariter in albo oportet decuriones omnimodo deſcriptos eſſe.* Verum *quæritur, quid ſibi uelit hoc idem uerbum?* Sol. *plana eſt, ſi dixerimus, nil aliud, niſi id, quod hodie maioris fori locus indicat, ubi cauſæ aguntur, in cuius ualuis de more ſcribuntur ea, quæ olim ſcribebantur in albo prædicto.*

& hoc eſt, quod dicebant D. de ro. in deciſ. ſuis ccxxiii. incip. ſi committatur. in prin. in nouis. quòd in locum ip ſius, ſucceſſit hodie palatium apoſtolicum. Sed nota, ut inquit glo. in d. l. i. ff. de æden. quòd triplex erat; unum, de quo ibi, in quo citationes & agentium intentiones ſcribebantur, ut ſciret reus, qua actione eſſet conueniendus, deliberaretq; cedere, uel contendere; ad quod etiam tex. ille allegari ſolet. & idem in authen. qui ſemel. C. quo modo & quando iud. & in clem. dudum. de iudi. Aliud uerò, in quo erant edicta generalia Prætorum; et de iſto habetur in d. l. ſi quis id quod. Tertium et ultimum erat, quod decurionum nomina continebat; & de iſto, præallega. l. i. ff. de albo ſcri. tractat; & eſt ad propoſitum egregia, & memoriæ tenenda, pro dicti albi intelligentia.

MARCI MANTVAE BONAVITI, PATAVINI

Iuriſcon. publicíq; matutini interpretis, Obſeruationum,

LIBER SEPTIMVS.

OBSERVATIO LXI.

De aſino intumeſcente.

ASINVS intumeſcit, ſi uidet ſe per comparem apprehendi, ut inquit glo. in l. i. in §. ueteres. ff. de acqui. po. rationem aſsignans ad illum tex. quare eſt, quòd per ſeruum hæreditarium, nihil, quod ſit eiuſdem hæreditatis, acquiri poſsit; per alios autem, ſi empti, uel donati fuiſsent, res emptæ, uel donatæ, ſic. Adde aliam in l. hæres per ſeruum. ff. de acqui. hæ. & declara, perinde eſſe, ac ſi diceretur, parem, in parem imperium non habere, ſiue quòd par, non uincit parem, ut in not. q. probationis inquit Bal. in l. in exercendis. in ij. col. C. de fi. inſt. et alibi in l. i. in ij. pariter. C. qui accu. non po. quòd ex qualitate iudicij non reperitur ordo, ubi qualitas eſt indiffe

rens. Et alibi in l.ingenuum.in.i.lectu.in.i.col.ff.de ſta. ho. q. inter pares competitores,ſententia contra unum lata,puta contra unum ex fratribus, uel patronis, non nocet alteri.l.ij.C.de fi.inſt.l.ſi duo patroni. in prin.ff. de iure iu.quodq́; natura par hæc eſt,ut unum in alterũ nihil poſſit.l.apud eum.§.fi.ff.de manu.& quòd deniq; litigator talis eſſe debet,ut ad eum pertineat ius in capite,ideſt in prædominio;ita ut alij ſint ſub eo,ſicuti mẽbra ſub capite,quo uocabulo Apuli utuntur in feudis. Et alibi Soci.in c.poſtulaſti.in 7.col.de fo.compe. quòd collegium hac de re collegam non punit,nec procurator agit contra procuratorem ſimul datum.l.qui duos.ff.de procu.in tantum ut pares contendentes, ad Principem etiam recurrant.l.in offerendis.C.de ap.l.duo.ff. de re iudi. quod in Romulo & Remo tamen uerificari minime poſſe uidetur.l.fi.ff.de re.di.forte,quia imperium obtinuerat,& ſic non par iſti, ſed maior erat,& ut latius in d.l.fi.not. Inquit etiam Io.Neuiza.in conſil.xii.poſito in uol.conſil.feudalium,incip.patres.in xi. col. quod inter pares dignitate familiæ,ſeu generis ſplendore,contendentes,materia dari non debet,qua poſſit inter eos inuidia generari. Et alibi D. meus Butig.in l.i. in §. qui præſens in pe.col.ff.de uerb.ob.quòd in materia conſtitutionis duorum reorum, longe tolerabilius eſt,q. quid nihil ad contractum pertineat,quàm quòd habeat cum eo aliquam communionem,ex quo facile uitiari poteſt, ut ibi. Et alibi idem Bal.adhuc in l.i.in ij. lectu. in vi. col.ff.de leg.ij.quòd nec Deus nec homo in natura pari

conſtituit

conſtituit unum alterius præceptorem. Et *in rub.de con ſue.in ij.quòd conſuetudo facere poteſt quem puniri in terris cõfœderatis.uel ubi fœdus inducebat ſubiectionẽ quandam,ex quo aliàs ſecus ſi fœdus fuiſſet de pari.* Et *alibi in c.i.in ij.pariter,de proba.quòd nec fiſcus contra fiſcum,nec eccleſia contra eccleſiam habet priuilegium, per ſupradicta,& de materia etiamnum in l.nam magi ſtratus.ff.de arbit.& in c.innotuit.de elec.*

OBSERVATIO LXII.

De ambitione, ſiue de ambitu.

Honores *continuari uetuit lex,ne ambitu notaretur,qui hoc ipſum tentaßet.l.nemo.it.C.de aßeßo.et uere libido hæc multa mala parit, taliter ut legem ferre,neceßarium,utileq́; fuerit, liceté; uidere in toto titu. ff.ad leg.Iul.amb.* Et *plus, q̃ poſt urbem conditam longo tempore,nullam legem latam ob hoc,legimus;ex quo* Romani *homines,in dandis honoribus, magiſtratibusq́; conferendis,uera uirtute, non autem ambitione,ut hodie nitebantur.* Extabatq; *ſymbolum* Pythagoræ, *adeo malum hoc ſcelus hominibus eſt,à fabis omnino abſtinẽdum fore,quibus ſuffragia præſtabantur. & ad propoſitum de quo ſupra bene etiam dicebat tex. in.l. contra publicam.C.de re mil.honoris augumentum, non ambitione, ſed labore,ad unumquenque,ut bene conueniens eſt,deuenire debere.* Notãtur *ambitione quoque frates minores,*

maximè mendicantes, q multas habeant campanas in ciuitate, palatiaq; non monaſteria, magnifica, & ſumptuoſa, adeo ut in ea principaliores eſſe uideantur, & omnia cōtra decioſionem celm. exiui de paradiſo. de uerbo. ſig. & in eos inuehit Abb. in c. patentibus. in fi. de priui. & exceſ. præla. quod unum etiam ſi in alijs reprehendēdum eſt, reprehenſionem habet quàm maximam in iſtis, qui paupertatem profitentur, ditioresq; ſunt cæteris; & (ut aiunt) nihil habentes, omnia poßidentes. Notatus etiam Duillius cos. q uictoria apud Liparas potitus, unius diei triumpho non contentus, per omne uitæ ſuæ tempus, ubi à cœna redibat, prælucere funalia, præcineriq; ſibi tibias iußit, quaſi quotidie triumpharet. Hac notatus Ninus Aßyriorum Rex primus, qui ſimiliter ante annos urbis conditæ MCCC. propagandæ dominationis libidine, arma ambitioſus foras extulit, cruentāq; uitam annis quinquaginta agens, totam Aſiam bellis fregit. Hac Mithridates, qui cum regnandi ſtudio, ipſe pariter, patri inſidias ſtruxißet, & fruſtra quidem, ipſum aggredi aperto decreuit marte; ſed morte præuentus, regno potitus, eū inhiantem, ſic uoti cōpotē fecit. Vnde Ouidi.

Filius ante diem, patrios inquirit in annos. Hac Appius claudius, qui à principio, ut habetur in. l. ij. ff. de ori. iu. optimus princeps fuit, poſtea dominandi cupiditate, & ambitu, in Tyrannum uerſus eſt. Hac Romulus, qui interfecto primum auo Numitore, dehinc fratre Remo, non aliter imperium arripuit. Hac denique Ariſtides Athenis, quo nullus iuſtior inuentus eſt; & nihilo=

minus aduerſus Themiſtoclem, legimus, ambitione & diſcordia, in gubernandæ reipub. gratia, populum concitaſſe. Fugienda igitur eſt, nec appetendi hac uia honores, quoniã ſuſcepti plerunque, tũ ad culpã, tũ ad pœnã, ẽt uergunt. c. multi. xl. diſt. c. ſicut. i. q. vi. c. ſunt. viij. q. i. exẽplũq; nobis eſt rurſum Xerſes potentiſsimus Perſarum Rex qui terra, mariq; totam intrauit Græciam, et tamen ſolertia Leonidæ Spartanorum Ducis, fractus, in ſcapha piſcatoria aufugit, ſeq; in regnum ſuum recepit, ubi ab Artabano eiuſdem regni præfecto interfectus eſt. Et Abſalon Dauid filius, qui regni pariter cupidus, bellum cum patre geſſit, ita tamen ut poſtea crinibus arboris ramo appenſis, à militibus patris occiſus ſit. Et Chore denique nobiliſſimus hebræorum, qui ob ſeditionem contra Moyſem & Aaron factam, propter ſacerdotij dignitatem, quam ſibi deferri dicebat, cum tercentis uiris interfectus eſt. pluraque huiuſmodi ſunt, breuitatis gratia non referenda, niſi quantum ſit ſatis.

OBSERVATIO LXIII.

De apotheca.

De apotheca frequentiſsimè diſputatur à Doctoribus, tabernam ipſam eſſe putantes mercatorum, & uim uerbi non intelligentes; exempli gratia, ſi deciſio. l: plerique. ff. de in ius uo. loquẽs in domo, locũ habeat ẽt in apotheca, ut ibi per ſcriben. Item ſi citatio, quæ debuit

fieri ad domum,fiat ad apothecã, an ualeat,ut per Bar. in.l.i.in.§.i.nu.v.ff.de lib.agno.& in.l. lex cornelia. in §.ſi tamen.ff.de iniur. & an denique ſtatuta loquentia de inſultu ad domũ uerificentur in inſultu,facto ad apo= thecam,ut per eundem in. l. item apud Labeonem.in. §. conuicium.ff.eo. milleq́; huiuſmodi ſunt, non referenda. Ideo ad propoſitum declara,barbarum uerbum eſſe,quo niam latine alias apotheca nihil aliud eſt,quàm cella ui= naria.l.quæſitum.§.de uelis.§.ſed ſi fundus.in fi. ff. de fun.inſt.inſtrumentoq́; lega.l.uulgaris. §. ſed & ſi de naui.ff.de fur.& negari non poteſt. Vnde Pli. Vinum ſi ſit fumo inueteratum inſaluberrimum eſt. Mangones enim iſta in apothecis excogitauere.nat.hiſto.lib. xxiij. c.i.Sed tamen dato, quòd maius ſit quoddam, repoſito= riumq́; commune ad omnia,à theca,& apo,ideſt re com poſitum;cella uero minus,ad uſumq́; quotidianum depu= tata;dubito in materia,ſi legatus ſit uſufructus apothe= cæ retalij pannorum alicui, nunquid uſufructuarius poſ ſit eam locare mercatoribus ſyrici. Dicit Ang. alibi, ꝙ ſic,quoniam merx eſt delicata & honorifica,non autem tabernario,aut fructarolo,ſiue alias picitagulo,& cir= culatori,ex quo uicinitas talis, mercatoribus eſſet con= tumelioſa,in.l.ſi uſufructus.in.§. fi. & in.l. ſi penden= tes.in.§.i.ff.de uſuf.& eſt argu.in.l. non aliter. ff. de uſu & habi.

OBSERVATIO LXIIII.

De altaribus, ſiue oratoriis, quæ habentur in priuatis domibus.

Solum ſub hoc genere, hoc unum tractãdum eſt, ac lege penitus decidendum, quia uidemus plerunque in priuatis domibus, aliquos habere altaria, oratoriaq́; & ſimilia, cum deuotionis, tum etiam neceſſitatis gratia, an gaudeant priuilegijs piæ domus. Reſponde breuiter, et dic, ſine diſputatione, quòd non; ex quo non ſunt ſub poteſtate Epiſcopi, ſaltem quo ad ius uiſitandi, & procurationem exigendi. & quia non conſecrantur, nec ſibi dotes conſtituuntur, nec principaliter fiunt, ut ibi celebretur, ſed ut oretur. Non poſſunt etiam habere campanam publicam, nec ibi celebrari ſine Epiſcopi licentia, imò quòd ſi non honeſtè tractentur, ab eo poſſunt deſtrui. c. unicuique. & ſeq. c. omnes baſilicæ. de conſecra. diſt. i. tradit Abb. in c. fi. extra de cenſi. prædicta limitãdo, niſi authoritate pontificis conſtructa ſint, quoniam tunc eſſent publica, & religioſa, nec poſſent amplius ad humanos uſus deputari. c. ad hoc. de reli. do. & ad propoſitum aliqua in his & in hoſpitalibus priuatis, etiam congerit Bal. omnino uidendus, in authen. hoc ius porrectum. in. i. & ij. col. C. de ſacroſanc. ec. & de materia in c. quidam. xviij. q. ij. & in clem. quia cõtingit. de reli. do. Sed ad altaris propoſitum, quæro, quid ſibi uelit uulgatũ illud, Non debere cooperiri unũ altare, ut aliud diſcooperiatur. quod tamen nõ ſuperficialiter, ſed uirtua=

liter intelligendum eſt? Sol. quòd non ita ſumus uni priuilegiato debitores, ut alteri ſimili, iniuſtitiã faciamus. §. ſed & hoc præſenti. in authen. de ſanc. Ep. *l. aſsiduis.* C. *qui po. in pi. ha. c. nuper. de do. int. ui. & ux. c. ex tenore. de fo. compe. tradit* Abb. *in c. in præſentia. in xij. col. de proba. &* Salice. *in authen. ingreſsi. in prin.* C. *de ſacroſan. ec.* Et *ideo alibi dicebat* Bal. *in c. cum olim. in. i. col. de conſue. quòd in quæſtione molendinorum, aqua debet duci ſecundum loci ſitum, primo ad primum, ſecundo ad poſterius, & impediri unum per aliud. l. ſi manifeſte.* C. *de ſer. & aqua. & non ſi aqua utrique ſufficiat, ratione ſupra dicta. & ut ibi per eum latius, & in d. l. aſsiduis. in ij. col. & in. l. ij. in. §. ſed & ſi quis. in iiii.* C. *cõmunia de lega.* Et *hac ratione rogatus reſtituere hæreditatem, ſi nuptias non contraxerit, uel liberos non habuerit, isq; monaſterium ingrediatur, fideicõmiſſum deficere facit, niſi alteri uenerabili loco reſtitui debeat; quia tunc ſecus, & ut ſupra, authen. niſi.* C. *ad treb.* Qua *dixit adhuc idem* Bal. *in. l. cum quidam. in prin.* C. *de uerb. ſi. q. cum in caſu illius. l. honorati ſint duo. nec efficiantur rei credendi in ſolidum, debebit inter eos emolumentum ipſo iure diuidi. & alibi in ſtatu. in. §. frumentum. uerſi. iij. q. propter honorem unius ciuitatis, non eſt detrahendum honori alterius.* Et *alibi* Abb. *in c. cum cauſam. per illum tex. de præben. q. una præbenda non debet diuidi, ut alia integretur.* Et *alibi* D. *de ro. in deciſ. ſuis cccxlvij. incip ſi* Abbas. *in nouis, q. cuſtodia, ſiue ſacriſtia, in aliquo prioratu, & in caſu, de quo ibi, ſi cri-*

gatur,ſiue ordinetur,debet erigi & ordinari ſine præiudicio d. prioratus. Et plus inquit Petrus Iacobi, in practica ſua ciuili, de ſuc. regni Fran.in ix.col.quòd ſi quis hoc ipſum faceret,impius eſſet.Non eſt etiam ita fauendum matrimonio, ut tollatur libera teſtandi facultas.l.pactum.ubi dixi.C.de pac.nec ita defunctis,ut alijs ſucceßionibus præiudicetur. l. & quia. & ibi Iac. de S.Geor.in prin.ff.de int.ac.quod ita generale eſt,ut ferè limitatione reſtringi nõ poßit. Adde rurſum,ꝙ uulgo ẽt eccleſiæ,altaria nuncupantur. quodq; ſæpe ad decimas uerbum iſtud reſtringitur.ca.recolentes. ubi glo. not.de ſta.mo.Et ſcias, ꝙ altare propriè Dei optimi maximi eſt, Ara uero aliorum,qui non dij ſunt, ſed ut tales coli uoluerunt;puta Cæſaris,& ſimilium. declaratq; latius Archi.in c.de fabrica.in prin.de conſecra. diſt.i.

OBSERVATIO LXV.

De allodio.

De allodio frequenter fit mentio in iure, & maximè in.l.& ſi quis.in.§.ſed interdum.ff.de religio. & ſump.fu.& in.l.pe.C.de inge.ma.& in c. i. in.§.ad hæc.& in.§.ſi uero.de pa.iu.fir. in uſib.feu. nec adhuc bene declaratum habemus quid ſit.Iigitur dicas pro intelligentia,hoc ipſum nihil aliud eſſe,niſi rem hæreditariam,quam uendere quis poteſt, ut ſuam propriam, iuxta not.in d.locis.& in c.ij. clarius,ſi de feu.fue. contro.

eo.lib.& hinc eſt,ꝙ Bal.alibi in authen.quas actiones, in pe.col.C.de ſacroſanc.ec.exponit allodium,ideſt proprietatem. & alibi diffinit, ꝙ eſt dominium directum, uel utile,ſub alio non conſtitutum, quod iure hæreditario tranſmittitur;maxime ad ſuos hæredes; ſubijciens à feudo differre,quoniam beneficium eſt ſub dominio conſtitutum,in re immobili,in d.l.pe. Vel & clarius dicas, ꝙ ſit cuiusq; patrimonium, ſitum ſub iurisdictione, & diſtrictu alterius. Et ꝙ à feudo differat, quia filia in bonis allodialibus ſuccedit,& tamē in feudo repellitur.c.i. §.hoc autē.qui feu.da.po.eo.lib.tradit Alua.in d. c.ij.in ij.col.et bene. Bona ēt in dubio præſumūtur potius allodialia,quàm feudalia,ut docent Canoniſtæ,in c.fi. de iudi.& in c.nimis.de iure iu. & pulchrè Alex. in conſil. cxxix.incip.ponderatis.in prin.in.i. uol. & non ab re, quia feudum,ſeruitus quædam eſt. l. ſi cuius. ff. de uſuf. quæ probari debet.l.altius.C.de ſer. & aqua.l.fi.ff.eo.

OBSERVATIO LXVI.

De apicibus iuris.

Dicimus plerunque, de apicibus iuris non eſſe diſputandū,et bene. adde tu rationē,qa hoc ipſum facere nō eſt ſecundum bo.fidem,ſed præter.l. ſi fideiuſſor. §. quædam.ff.manda. declarat Bal.in.l.i.in xv.col. C. de conſe.Multoq; minus ubi de ſalute animæ,& de caſibus conſcientiæ ageretur, eodem teſte,in.l.ii. C.de fideicom.

& ubi uacationi eccleſiarum etiam cōſulendum eſſet, inquit idem met in rub. C. de fruc. & lit. expen. in fi. & in d. l. i. in ii. col. C. de confe. quòd in foro conſcientiæ, non excuſant, quodq; forus conſcientiæ eſt forus boni & æqui, & tribunal ueritatis, non fictionis. Et alibi in c. i. in ii. col. de conſti. q; id ipſum de apicibus iuris eſſe dicitur, quod bonam fidem non tangit, ſed extrinſecus uentilatur, ſignanter per d. §. quædam. In tantum ut arbiter, litem ſuam facere dicatur malè iudicando, ēt in his, ideſt in apicibus iuris. l. ſi quis in conſcribendo. in fi. C. de pac. & alibi, q; pauci ſunt tabelliones, qui hoc ipſum intelligant; puta quando dicunt, inter cætera, per acceptilationem liberauit, in rub. de reuo. his quæ in frau. alie. ſunt. in ul. col. Et alibi in. l. i. in xiii. C. q ac. nō poſ. q; defenſionibus, quæ ſunt huiuſmodi, & ſtatutis, non aliis regulariter, renunciari poteſt. Et alibi Ro. in conſil. cccc xxx. inci. duæ rationes. in fi. q; in cauſis uiduarum, in quibus omiſſa ſolemnitate iuris, Iudex, de æquitate procedere debet, non eſt admittenda exceptio, quæ in iuris apicibus fundata ſit, poſt Bar. in d. §. quædam. Et alibi in ſingu. Dclxxxiiii. incip. tu audiuiſti, q; exceptio, tu procurator uel arbiter eſſe non potes, de apicibus iuris dicitur, quæ non poteſt opponi tamen ut ſupra, ſi de ſalute agatur animarum; puta nouiſſimo loco, in decimis; in repetitione uſurarum, & ſimilibus. et aliter ut p Archi. in c. ſcriptum. vi. q. iii. Inquit etiam idem Bal. in l. clarum. in prin. C. de autho. præſtan. q; ubi agitur de mera ueritate, non eſt adhuc de prædictis diſputandum.

Et alibi in c.i.in.§.ſi quis uero.de pa.cõ. in uſib.feu. q contractus cum Principe facti, naturam bonæ fidei habent,utilitasq́; inde reſultat,ut de iuris apicibus non diſputetur pariter. Et alibi Alex.in.l. ita demũ. in ii.col: C.de procu.q ſi exceptio, per quam declinatur iuriſdictio,oppoſita non fuerit ante litem conteſtatam, poterit poſtea opponi,ex quo eſt huiuſmodi nec debet conſyderari, q oppoſita non fuerit. Ex quibus planè intelligis, quid ſit de apicibus iuris diſputare; quando diſputãdum ſit;& reliqua ut ſupra.

OBSERVATIO LXVII.

De Aſſiſiis.

Qui ſint Aſſiſii,hic ſolũ notandũ eſt,ut uim ipſius uerbi intelligas,prima facie dubij,ex quo clarius explicari potuiſſet. Hi igitur, ſunt manſionarij in eccleſia maiori,curã animarũ habẽtes,ſic dicti quaſi aſſidui,q tamen ad cõmunes tractatus cũ canonicis non uocantur,ut in c.cum ad hoc.ubi glo.magiſtra.de cle.non re.in ec. Inde aſſiſterium,ideſt monaſterium,ab aſſiſtendo, & aſſiſtrix,quæ ad ſeruitia aſſiſtit alicuius, iuxta illud ſapi. ix. Da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam &c.& ferè ſimile in aſſeſſoribus, qui pariter ab aſſidendo uocati fuerunt.l.ij.pc.& fi. ff.de offi.aſſe.l.i. C.eo.& lib.v.dictum fuit ſupra,& ad materiam not. etiam in.c.cum dilecta.de exceſ.præla.& in c.ij. de in=

ſti. Vel & aliter ut per Abba. in c. pe. aſſiſii dicti fue= runt, quod quia ipſis dedecoroſum eſt, et nõ uériſimile, ac cõtra præſumptionẽ l. merito. ff. pro ſo. aliter nõ refero.

OBSERVATIO LXVIII.

De Apochryſariis.

Scito inprimis, antequam declarem tibi lector optime, quid ſibi hoc uerbum uelit; pariter ſubobſcurũ, poſitum in c. conuenientibus. i. q. vij. quod apochryſarius fuit Priſcianus grãmaticus, quodq; modo, is eſt Secreta rius Regis, dictus ab apo, & chryſis, quod eſt ſecretum. uel ab apo quod eſt ſub, & chryſis aurum, quaſi theſau= rus regis, uel quia theſaurum eius cuſtodit, ideſt (ut dixi mus) regni ſecreta. quæ, per ſe, fide ſicuti memoriæ pro ditum eſt, admirabili tegunt, conſuetudine Perſica, nec ſpe, aut timore, quidquã ex eorum ore poteſt exire. Imò quòd diſciplina ſilentium periculo uitæ confirmant. lin= guamq; plus quàm aliud caſtigant, rati nil arduum ab his geri poſſe, quibus graue eſt tacere, quod homini le= uisſimum etiam natura eſſe putabant, quãuis mortis im mineret periculum; Pauſaniæ exemplo, qui cum ob defe ctionis ſuſpicionem, ſuorum ciuium odium incurriſſet, confugißetq; ſupplicij metu, ad templum Ephoris, clam ipſis auſcultantibus, liberius locutus cum eo, quem ſubor narant, ſuo ſe teſtimonio prodidit. Vel eos ab apos nun cius, & chryſis aurum, appellatos fuiße dicamus; quaſi

auro ornatos nuncios, ut inquit glo. in d. c. conuenientibus. quales (ſubijcit) hodie Papa non habet, ſed ap- plumbarios.

OBSERVATIO LXIX.

De attentatis.

Ordo attentatorum eſt in materiam, ut primo conſtet diffinitum; ſecundo, appellatum; tertio uero, attentatum. ex quo licet ad declarationem elicere, poſt appellationẽ prædicta intelligi debere. et hoc eſt quod alibi dicitur, q̃ in ipſius appellationis præiudicium interpoſitæ, uel interponendæ, nihil eſt innouandum, in l. appellatione, & ibi Bal. ad propoſitum, in prin. C. de ap. & not. latius in c. non ſolum. eo. tit. in. vi. Adde tu rationem, quia ſi innouatio aliqua facta fuerit, reuocabitur per uiam attentatorum. l. i. ff. nil no. ap. pen. Sed dubitatur pro intelligentia, nunquid reuocatio hæc fiat de plano, ſine libello, & ex mero iudicis officio. Io. Mo. in c. cupientes. de elec. in. vi. quem in loco præallega. Bal. refert & ſequitur in. ii. col. dicebat q̃ ſic, & bene, conſtito tamen q̃ innouatio facta fuerit, & quidẽ pendente appellatione, uel tempore, intra quod poteſt appellari, de quo aliàs in authen. hodie. C. de ap. d. l. i. ff. nil no. ap. pen. confirmat idem Bal. in l. furti. in. §. i. in. ij. col. ff. de his qui not. in fa. Qui ibidem dicit etiam ſcitu dignum, in. iii. quòd ea quæ innouantur pendente appellatione,

reuocantur, non ui primæ ſententiæ, aut ſecundæ, ſed ꝑ *uiam (ut diximus) attentatorum; dummodo innouatio hominis ſit non iuris, ut ibidem.* Et *alibi in c.i.in* §. *ſancimus. in prin. quo tem. mil. inueſ. pe. in uſib. feu. poſt* Io. And. *in c. bonæ. in fi. de ap. quòd ſicut attentata pendente appellatione reuocantur, ita corriguntur, & reformantur à iudice, omnia, quæ fiunt lite pendente, dolo, uel malitia partium.*

OBSERVATIO LXX.

De audacia.

Audaciæ ſpeculatio etiam neceſſaria uidetur, quia ea in aliquibus nedum deteſtanda, ſed etiã pœna & ſupplicijs comprimenda eſt, ut in publicanis, quorum gratia, edictum prætor alibi propoſuit, in titulo de publica. & Pau. *quoque* Iuriſcon. *refert, in l. quantæ ff. eo. & certe laudabilis eſſe non poteſt, quanuis dici alias uulgo ſoleat,*

Audaces fortuna iuuat, timidosq́; repellit. Ex *quo de facili enunciat (philoſopho teſte) qui ad pauca reſpicit; facitq́; inſcitia homines audaces; prudentia uero ſeges.* Vnde Fabius *maximus (is enim eſt qui ſedendo reſtituit rem) cunctatione ſua,* Hannibalem *iuueniliter exultantem, leniebat. quiq́;* Romanorum *clypeus,* Marcellus *uerò enſis, appellabatur.* Et Alexander Macedoniæ Rex *diſſimulato, potius quàm ſpreto periculo cõ-*

tra Darium, ſigna ſemper præcedebat, ut excitaret milites, & ne timidiorem exercitum redderet; cui hac de re nunquam perpetua defuit fœlicitas, etiam in rebus dubijs. Factæ inde quoque ſunt leges, ut humana coerceatur audacia ſicuti dictum fuit ſupra & ut inter improbos, innocentia tuta eſſet. c. factæ. iiii. diſt. Imò quòd taxatur etiam in muliere, ordinem tranſactionis non ſeruante, in l. cum mota. C. de tranſac. & in c. ſanè, de priuil. ſi priuilegium uni conceſſum, ad alium extendatur. & in c. iudicatur. lxxxix. diſt. in fi. & in c. relatum ne cle. uel mo. & in clem. dudum. in §. in eccleſiis. de ſepul. Vt uerbum audeat, ſonet in uitium. Eam igitur totis uiribus fugiamus; ne ut animalia quædã, quæ poſtquam uenenum euomuerunt, uileſcunt ſtatim, nobis poſt primum impetum ſic euenire contingat. Conſyderantes amplius quamuis fortuna aliquibus, & maximè audacibus, fauere uideatur. quòd nihilominus tandem temeritati non eſt ſufficiens. exemplaq; propemodum infinita, adduci poſſent, quæ tamen, ut ſim breuis, non ſcribo.

MARCI MANTVAE BONAVITI, PATAVINI

Iuriſcon. publiciq́; matutini interpretis, Obſeruationum,

LIBER OCTAVVS.

OBSERVATIO LXXI.

De aſperitate iuris.

ASPERITAS iuris,ut uerba ſonant,illa eſt,quæ ab æquitate multũ diſtare uidetur,ut in le.xij.tab. in qua ſoli maſculi, & agnati, ad ſucceſſionẽ admitti ſolebãt, l.pronũciatio.§.familiæ.ff. de uerbo.ſi.l.i.§. denũciari. ff.de uen.inſpi.tradunt ſcriben.in l.maximum uicium. C.de libe.præte.& ſignanter ſic appellatur,in §. Media autem iuris prudentia.Inſti. de legi. agna.ſuc. & alibi(quod idem eſt)ius anguſtiſsimis finibus cõſtitutũ, in §.adhuc.de bo.po.eo.lib.& ad Tertul.in prin.& in l.uerbis legis.ff.de uerb.ſi.Solebant item admitti, d.lege,ſolum filij in poteſtate,emancipati autem non, tanquam extranei, & incogniti penitus, & non immeri-

to æquitate prætoria, recogniti, qua differentia agnationis & cognationis patriæ poteſtatis, & emancipationis ſublata eſt. §. nullam. in authen. de ſuc. ab int. ue. remediaq́; inuenta, quibus & ipſi pariter uocantur, & ſucceſsionibus potiuntur antedictis, ut in §. quos autem: Inſti. de bo. po. & in §. emancipati. de hæ. quæ ab int. def. eo. lib. & in l. meminimus. C. de legi. hæ. Erat in eadem *rurſum alia, ut debitor poſt dies* xl. *creditoribus dilacerandus daretur; hodie uero nō. l. i. C. q bo. ce. po.* et *ibi glo. ita ut* Sex. *ceci. philoſophum quendam (authore* Gel.) *cōtra hanc duritiem acerrime etiam defenſauerit. & alia quidem, quòd mater, tutrix eſſe non poſſet filiorum ſuorum, ſublata pariter, authen. matri & auiæ.* C. *quando mul. tu. offi. fun. po. l. qui aliena §. quanquam. ff. de nego. geſt. l. antepe. ff. de tut. l. ſi quis ſub conditione. ubi* Bal. *in fi. ff. de teſta. tu.* Item *& alia, quod ſubuerſo teſtamento per querelam, etiam legata ruerent; quæ tamen hodie conſeruantur per authen. ex cauſa.* C. *de lib. præte.* Vltimoq́; *loco alia, quòd certæ actionum formulæ ſeruarentur, caderetq́; alias à cauſa quis, niſi id ipſum feciſſet, & nihilominus hodie ſecus, quia ſublatæ ſimili modo fuerunt. l. i. C. de formu. & imp. ue. & eſt argu. optimum in l. fi.* C. *qui admi. & ſi alias uidere cupias, uide dicta per me in euidential. l. i. C. qui admi. in lectu. & adde, quòd nedum nouo iure, ſed noua etiam hominum conuerſatione reſpui debent omnino. §. fi.* In*ſti. de noxa. adeo ut* Dantis Aligerij, *poetæ* Florentini *notisſimi, carmen illud.*

Coſi

Coſi nello mio dir, uoglio eſſer aſpro. hac de cauſa ſemper abhorruerim; ex quo(ut alius inquit)et ita ſeruandum eſt in unaquaque re,

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

OBSERVATIO LXXII.

De Bartolo Saxoferratenſe.

Nolo Bartoli Saxoferratenſis patriam, parẽtes, mores eruditionem, & reliqua, de induſtria percurrere ex toto, quoniam hoc idem factum eſt iampridem, literarumq; monumentis traditum, ſed aliqua tantum, quæ huic generi ſatisfaciant, à nobis alias obſeruata, memorare, & maximé, quòd fuit homo praxis peritisſimus, aſſeſſorq; primum Tuderti, poſtea Piſis, ibiq; tandem legere cœpit, & ultimo loco Peruſii; ubi in eum uirum euaſit, quem totus orbis prædicat. ita Bal. diſcipulus ſuus, in l.i. in x. col. C. qui accu. non po. quem ſummum Docto. quoque appellat, in c. quoniam contra. in viij. de proba. & alibi, lucernam iuris, Ang. in conſil. xv. incip. quæcunque. in prin. & illuminatorem Abb. in conſil. iij. incip. caſus. in ii. col. & alibi Ro. in conſi. cccclxxx. incip. in caſu. in prin. eum eſſe, in quo iuris uirtus maxima conſiſtit. Et Inno. in c. dilecta. de ap. q. aſſeſſores nolunt ab opi. ipſius recedere in iudicando; quod potiſſimum obſeruabat quondam Iacobus Florius, Iuriſcon. ætate noſtra maximus, patria Vtinen. mihi uti pater,

memoria ſemper colendus. Dicit, cum adhuc magnum legiſtam, Ancha. in conſil. ccccxxix. incip. pro euidentia. in i. col. Quodq; uidit omnia, Steph. Fed. de int. iu. in pe. & Butig. in. l. i. in xxiiii. ff. de uerbo. ob. q; eſt magnæ authoritatis, præcipuè in practica ut ſupra, & nouiſsimè per Iaſ. in. l. quominus. in xxxii. ff. de flumi. et idē Butig. in d. l. i. in. §. ſi quis ita. in iiii. q; eſt auriga noſter. Et magiſter legiſtarum, ſecundum eundem Iaſ. in. l. i. in vij. ff. ſol. mat. Teſtatur quoque idem Bal. rurſum in c. i. in prin. in ult. col. de ſuc. feu. in uſib. feu. q; ſubtilis erat, quodq; tenebat libenter opiniones, placentes laicis; & q; denique iſtud ſibi maximum attulit honorem. & de ſeipſo loquens, teſtatur alibi, ſe multum temporis, in relegendis quàm diligentiſsimè, acutiſsimis interpretationibus ſuis, impendiſſe, ſtetiſſeq; apud Monachos S. Victoris, ſupra S. Michaelem in nemore, apertiſsimum exēplum, nos quoque ita facere debere, & non, ut multi, qui ædunt, ante quàm uideant, ſi tale id eſt, ut tuto poſsit in publicum prodire. Vnde, non ab re, dicebat etiam poeta, Nonum prematur in annum. prout ego quinquageſimum ſeptimum ingreſſus, feci, & non ante. & ad propoſitum, ita teſtatum reliquit, in proœ. fforum, in. §. hæc autem tria. in prin.

OBSERVATIO LXXIII.

De Bannitis.

Pro intelligentia, ſciēdum eſt, et in materia qui-

dem quòd bannum, tripliciter conſyderari poteſt, imò quadrupliciter; Primo pro omni uoce præconia, quæ paucis innoteſcit.authen.qui ſemel.C.quomodo & quando iud.Secundo,pro mulcta quæ in contumaces ſtatui ſolet.l.i.C.de mo.mulcta. Tertio pro annotatione bonorum.l.i.ff.de requi.re. Quarto & ultimo,pro ipſa ſententia bannientis,et hæc eſt per Italiam in uſu. l.ſi quis. §.eius.ff.de iniuſ.teſta. Item quòd banniti quidam ſunt, qui patiuntur exilium propter ægritudinem,ut leproſi, & ſimiles.l.i.C. de mendi.ua.lib.x. Quidam uero propter potentiæ ſuſpicionem,quo olim Imperatores,ciuitatem expugnantes utebantur.l. certa forma.C.de iu.fi. lib.x.Quidam autem & ultimo loco propter delicta,authen.item nulla cõmunitas.C.de Ep.& cle.tradit Ang. in diſpu.incip.ex themate.in v.col.& in diſpu.incip.Bononienſis.in vi.Qui diſputat etiam in loco,de quo ſupra idèſt in illa,incip.ex themate.in iii.col.an deportatis æquiparentur,poſt glo.in.§. relegati. Inſti. quib. mo.ius pat.pot.ſol.Et alibi Bal. an cum non habeant legitimam perſonam,uel cauſam,iudicium cum ipſis ſit nullum, & ſententia nulla,ſicuti in hæretico,in.l.cum mulier.in vij. col.ff.ſol.mat. & utrobique concluſiſſe uidentur; quòd ſic.aliquid ad primum,idem Bal.in.l.eius ꝗ in.§.i. ff.de teſta.& in.l.i.in fi.C.de monopol.Dicens etiam alibi,ꝙ non ſunt ciues,& bene.l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capi.di.l.de pollicitationibus.ff.de pol.cum declaratione tamẽ Ro.in.l.inter.in.§.damni.in i.col.ff.de dam. infec.ita ut ſi fiat proclama, ꝙ quilibet mittat, aut eat

ad bellum, ipſi non teneantur, nec ire, nec mittere; ſubeuntes tamen munera patrimonialia ciuitatis, in. l. ſed & milites. in. §. ſed & ignominia. ff. de excu. tu. Alias nõ tenentur ſoluere collectas, nec reſpondere creditoribus, quia pro mortuis habentur, ſi tamen nudi exulant; non ſi bona retineant. d. l. de pollicitationibus. l. tutelas. §. ſi libertate. ff. de cap. di. tradit idem Bal. *in. l. ſi tutor. in. §. fi. ff. de tute. & ra. diſtra. & in. l. illud. in prin. ff. de ritu. nup. & in. l. tam mandatori. C. de non nume. pecu.* Eſt *uerum, quòd pendente appellatione occidi nõ poſſunt. l. i. ff. nil no. ap. pen. firmat idem* Bal. *in. l. qui à latronibus: in. §. i. ff. de teſta.* Nec *capi in alieno territorio. l. fi. ff. de iu. om. Iud. etiam ſi fugati ad intra, peruenerint ad extra, quod diſputat idem adhuc, & eſt quotidianum, practicauimusq; nos ſæpe, in. l. ſicuti. in. §.* Ariſto. *ff. ſi ſer. uen.* Ad *idem, banniti, nec uiuentes, nec mortui, hæredẽ habere poſſunt. l. ii. ff. de hæ. uel ac. uen. efficiunturq; infames, ſaltem infamia facti, quæ eos comitatur, ut lepra leproſum, & teſtatur* Nel. *in trac. ban. in i. par. ii. tempo. in xxx. q. incip. bannito. ad fi. & in iii. par. eiuſdem, in lxi. incip. quæro an bannitus.* Sed *an poßint à familia offendi, à qua capti ſint?* Dic *quòd, non ut per eundem, in d. trac. in ii. par. ii. tempo. in xxviii. q. incip. an bannitus. in i. & ij. col.* Nec *bannitus ab una curia, bannitus dicetur ab alia inquit idem met, in prima ſecundi, in lvi. q. incip.* Sempronius. *in ii. col.* Aliam *diſtinctionem bannitorum etiam tradit ultra ſupra dicta,* Bal. *in. l. i. in iii. col. C. de hære. inſti. à lege; ab homine; propter cõtuma=*

ciam;& propter delictum, ubi etiam in ſecunda quærit, an poßit æquiparari bannum excommunicationi, & cõcludit, ꝙ ſic, Omnes banniti rurſum, dicuntur eſſe extra protectionem communis, præſumunturq́; male uti ſubſtantia ſua, & notiorè quidem propter bãnum. l. cum notißimi. §. illud. & ibi idem Bal. C. de præſcrip. xxx. anno. In tantum. ut ualeat inde etiam ſtatutum, quòd qui bannitum ceperit, fiat ſtatim Dominus eiuſdem, eodemmet teſte, in. l. ij. ꝑ illũ tex. C. quib. ad lib. procla. nõ licet. Alias ſtatim debet Iudici cõſignari ex diſpoſitione iuris communis. l. fi. C. de malef. quem tex. unicum dicit Bal. in loco præallega. Si tamẽ promittatur premium capienti, non habebit locum in eo, qui capit ex neceßitate officij. l. iii. § uotũ. ad Sylla. tradit idem Bal. in. l. ii. in prin. C. de ope. lib. Et ad idem facit, quia ipſi etiam abſentes ex cauſa neceſſaria dicuntur, & non propriè uagabũdi, ſecundum Abb. in c. fi. in viii. col. de fo. compe. & his ſimiles ſunt, qui expelluntur propter partialitatem terrarum, de quibus ſupra. & in c. i. de cle. non reſi. in ec. in vi. & per eundem Bal. in. l. pe. in prin. C. quomodo & quando iud. Et adeo odio habentur, ut receptantes eos, ſcienter tamen, eadem pœna puniantur. l. i. C. de colo. Illyricia. lib. x. l. omnes. l. ſeruos. & ubique Bar. C. de agri co. & cenſ. eo. lib. Imò quòd nec res uenditæ ſolemniter per ciuitatem, ex forma capitulorum pacis, ei reſtitui debent. l. pe. & ibi idem Bar. C. de fi. inſt. & iu. haſtæ fiſc. co. lib. Sed quid ſi in ciuitate toleratus fuerit? Sol. offendi non poteſt. l. nullus. & ibi Salice. C. de Iudæ. tetigi

ego in c.i.in i.not.de excep. & in d.l.nullus, quoque, in collecta. Habentur quoque banniti pro confeſsis ex forma ſtatutorum, & conſuetudine Italiæ. l. conſiliarios. C.de aſſe.l.lex cornelia.§.poſtea.ff.ad ſylla. per quæ iura ita etiam dicebat Bar.in q.incip. lucanæ ciuitatis. in iij.col.Non ſolumq; deportatis et excommunicatis æquiparantur ut ſupra uerum etiam latronibus, hoſtibus, & deſertori, ut idem in d.loco dicit, & in ii.pariter.Imò q̃ tanquam fugitiui, quocunque die perſonaliter capi poſſunt.l.fi.C.de ſer.c.fi.de iud. & utrobique not. & per Bal.in.l.i.in ii.col.C.qui bo.ce.po.& à quocunq; (eodẽ teſte) in.l.i.in vi.C.de ſum.tri.et fi.catho. Qui adhuc dicit ibi, quòd banniti etiam ab eccleſia debent reputari banniti à ſeculari iudice, in authen. cauſa.in.i. col. C. de Epiſ.& cle.poſt Inno.in c.i.de offi.ordi. & latè in d.q. lucanæ ciuitatis.in v.col. an ſint infames, an reſtituantur ab alio, quàm à Principe, & an banniti ſint ob ſolam contumaciam, ſine cauſæ cognitione. & in vi.an ſtatim lapſo termino, pro confeſsis habeantur. & an poſt ipſum, poſsint contumaciam purgare.& an denique perdant communionem fidelium, perceptionemq; ſacramentorum. & in vii.an ſint transfugæ, an hoſtes, an rebelles, & an perdant ciuitatem, & omnia ipſius iura. Et rurſum, an poſsint facere teſtamentum; an poſsint hæredes inſtitui; & an ſuccedant ab inteſtato. Et ibidem, in pe.col. quòd in duobus delinquunt, ex quo homicidium committunt, & ſunt contumaces; & ſic delictum delicto accumulant, & ſupra dictorum multa etiam in.l. ex hoc iure. ut

iiij. & in.l.omnes populi.in v. & xii.ff. de iuſti. & iu. & in.l.ſi qua.ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iu. Hi rurſum exequutionem officio actionis non habent, cum agere eis ſit denegatum. c.cum inter de excep. & fuit uerbum Bal.in.l.cum mulier. citata etiam ſupra, in vii.col. ff.ſol.mat. Sed dubitat alibi, & non ab re, an ei ſic etiam denegetur exceptio; & dicit, quòd non, quia appellatione actionis, non uenit exceptio.l.uerbum oportebit.ff.de uerb.ſi.l.qui agnitis.ff.de excep.in.l.peremptorius.in v. col.C.ſen.reſcin.non po.ubi alias pulcherrimas q. q. ad materiã decidit. Verũ ad idem, dubito, quid agendum, ſi bãnito ſit aßignatus certus terminus? Sol. animaduertere debet ne labatur, quoniã poſtea nihil facere poſſet. Ita idem Bal.in.l.fi.in prin.in iii.col. C.de tempo.ap. Si tamen ſubeſt quid, qđ ſibi poßit imputari, quoniã alias ſi per eum non ſtetiſſet, fortè ſecus. Igitur idem adhuc uidendus eſt in.l.ii.in ii.col.C. ſi pen.ap. mors inter. De nullitate banni poteſt etiam perpetuo opponere. l. pure. §.fi.ff.de excep.do.ſentit idem Bal. in. l. data opera. in xv.col.C.qui accu.non po. Alias autẽ eidem fidutia dari non poteſt, ut inquit in.l.reos.in viii.C.de accu.& in ix.quòd nec admitteretur procurator, ſi uellet petere bãnum cancellari.& in.l.i. in fi. C. de priua. car. quòd poterit detineri, & torqueri quoque, abſque eo, ꝙ detentor incidat in crimen priuati carceris. Bannitus, eſt etiãnum perſona uilis.l. quæ adulteriũ.ubi idem Bal.C. ad leg.Iul.de adul. & ut dictum eſt ſupra infamis, ſaltẽ infamia facti, & nouißimè addo eundem Bal. in.l.fi.per.

illum tex.C.de requi.re.Et bannum quid,quod loco carceris ſuccedit.l.i.C.qui.bo.ce.po.& firmat.idem Bal.*in rub.ff.ſi quis ius di. non ob.et in.l.i.in ii.lectu. in prin. ff.eo.*Poteſt *etiam occidi impune,fide ei non ſeruata,cum diſtinctione tamen,de qua per* Bal.*adhuc,in. l.i.in.§.nō fuit.in.i.lectu.ff.de dolo.* Dictuq; *mirabile uidetur ultimo loco,quòd ipſe uxorem ſeorſum habitantem,alere teneatur; filius autem ipſum patrem non; & ſic priuari eum iure naturæ.c.i.ubi idem* Bal. *in prin.in iii. col. de pa.te.in uſib.feu. & in.l.ſi cum dotem.in. §. ſi maritus. in prin.pariter.ff.ſol.mat.*

OBSERVATIO LXXIIII.

De Baſtardis.

Baſtardos, uocabulo barbaro potius,quàm latino,loquendo,ut alij nunc faciunt, adeo lex odio habet, & deteſtatur,ut nolit,ipſis mediantibus,memoriam parentum perpetuari, ſed legitimis tantum & naturalibus,ac qui ex iuſtis procreantur nuptiis.l. filium.ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iu. præclaram atque notabilem reddentes ciuitatem,ut in §.i.in prin.in authen. de nup. & in.l.i.ff.ſol.mat.& ibi Bal.*in v.col. qui dicit etiā alibi in.l.ii.in i.ff.de excu.tu. q̧ habēs numerū iſtorū, non gaudet priuilegijs immunitatis,et bene; eſtq; arg.in.l.q̧ libertinus.ff.de.ope.lib.* Imò *plus q̧, teſtimoniū mulieris in teſtamēto,facto inter ſpurios nō ualet, alias autē ſic.*

quo modo limitari ſolet, quod habetur in l. qui teſtamento. in. §. mulier. ff. de teſta, & de materia in authen. hoc inter liberos. C. eo. & ad propoſitum ſignanter idem Bal. in d. §. mulier. in fi. Sunt etiam hi apud eccleſiam infames, ut adhuc Bal. inquit, in l. generaliter. in. §. cum autem. C. de inſti. quem refert & ſequitur Alex. in conſil. cxxviij. incip. conſyderatis. in pe. col. in primo uol. et in conſil. lx. incip. uiſa in ij. in ij. uol. Nec habent ſecundum Bar. iura ſanguinis, in l. fi. ff. de uerb. ſi. nec agnati uel cognati dici poſſunt. l. ſpurius ff. unde co. nec arma deniq; portare domus & agnationis, ut idem Bal. inquit in d. l. generaliter. infœlices amplius, & ſui generis fundamenta ignorantes. & ad longum tradit etiam Matthæ. afflic. quod non admittantur hac de re, ad ius congrui, in tracta. prothomi. in x. not. in i. col. Et idem Bal. in l. certum. in iii. C. unde legi. inquit, quòd nõ ſunt de primo capite unde liberi, nec de ſecundo unde agnati nec de tertio unde cognati, quodq; nullam habent bo. po. in bonis patris. Et in d. §. cum autem, quòd non excludunt ſubſtitutum; quòd nec filij dicuntur propriè, & quòd deniq; non includuntur in diſpoſitione legali, quãtum ad commodum & honores, nec in feudis, nec in emphyteoſi. Infames apud eccleſiam, ut dixi ſupra etiam legitimati, quod mirabile uidetur. & plus ſubiicit, quòd tales habere ignominioſum eſt; & quòd pater condemnatus ad ſolutionem legitimæ pro delicto filij, non tenebitur pro filio baſtardo. Refertq; Bonifacium martyrem dicere, iſtos hominibus honorabiles

non eſſe,non amabiles Deo,nec in bello ſeculari fortes, nec ſtabiles in fide in.l.i.in ij.col.C.de his quæ pe.no. & habetur in c.ſi gens Anglorum lvi. diſt. & quòd in diſpoſitione legis tacita,uel expreſſa non includantur,tenuit etiam Benedic.peruſi.in conſil.i. in. iiij. col. & quòd non ueniunt appellatione coniũctorum,quodq; ſucceſſio eis permiſſa eſt tantum in bonis matris auiæ maternæ,& fratris,& idem Bal.in.l.quod uero contra.in.ij.col.ff.de legi.quòd ſi ſtatutum dicat bannitorũ filios de ciuitate expelli debere,non includentur baſtardi ſupradicta ratione,quia non gerunt ſcilicet imaginẽ parentum, nec eorum memoriam perpetuant, nec filij ſunt niſi abuſiue.Multa ad ſacietatem ſicuti etiam in d. §. cum autem tradit adhuc in l.filium.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iu.in prin.citata etiam ſupra & utrobiq; de Lucio Petramala,ſtrenuo milite,quòd fuit determinatum,ipſum non fuiſſe de dicta domo tunc,quia erat Baſtardus.aliquid Ancha.in repe.c. canonum ſtatuta. in cclxxi.col.de conſti.& in conſil.ccclxxxix.incip. uiſis. in prin.plené ut ſupra;& quòd obumbratur nobilitas mulieris,ſi nupſerit baſtardo.Multa etiam Bar.ſupra dictis ſimilia,quòd non eſt in poteſtate patris ob hoc,ꝙ ſibi non poteſt pupillariter ſubſtitui, & quòd deniq; ei tutor non datur,niſi confirmetur, in l.ij.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iu.& in l.fi.eo.titulo ꝙ hac de re, quia ſcilicet non ſunt in poteſtate patris, inuiti legitimari nõ poterunt.Et alibi,in l.eum qui nocentem.ff.de iniur. ꝙ ſi te appellauero baſtardum,& uerum ſit,non tenebor.

actione iniuriarum; & declaratur, quod idem ait, in l.turpia.ff.de leg.i.in fi.prin.Gulielmus tamen Iacobini Carrarienſis filius, patrem occidit, quia eum talem appellauerat. Et baſtardos dixi, ſiue ſpurios, quaſi extra puritatem natos, quoniam à naturalibus in multis diſtinguuntur, iuxta not. in l.in concubinatu.ff.de concubi.& in authen.ex complexu.C.de inceſ. nup. & in c.tanta.& in c.per uenerabilem.qui fil.ſint legi. ubi etiam præpoſitus Alexand.qui ſint, quot ſint, & in quibus differant.aliquid Ancha.in conſil.ccxli.incip. ex tenore.in fi.Baſtardus tamen fuit Romulus, & Remus; Tarquinius Priſcus; Theſeus; Perſes; Iugurta; Commodus; & alij innumerabiles, quos in præſentiarum non ſcribo.& ad propoſitum adde, quòd ſicuti inſtitui non poßunt, pari modo nec eiſdem aliquid conferri poterit per uiam contractus.l.i.C.de natu.lib.tradit idem Bal. in l.teſtamenti factio.in prin.ff.de teſta. Subijciens, quod nec ualeret ſtatutum, ipſos inſtitui poſſe. & in l.ſi quis ſolidum.ff.de hæ.inſti. quod cum in eis non cadat titulus inſtitutionis, in eis quoque locum non habebit deciſio d.legis. & habetur etiam in d.l.cogi.in.§.hi qui ſolidum.ff. ad Treb. Quid quòd aquila ad radium ſolis, pullos probat ſuos, quem ſi ſuſtinere nequeunt, ut degeneres exclu dit. Poſſunt tamen inſtitui ut ſupra a fratre, & ab alio quocunque, patre excepto, ut idem nouiſſimè concludit in l.ſi is qui.in i.col.ff.de uulga.& pup.ſub.qui plus dicit alibi, quod inſtituuntur etiam cum legitimis & naturalibus, in l.Lucius.ff.eo. Sed non uidetur tutum, quo-

to æquitate prætoria,recogniti, qua differentia agnationis & cognationis patriæ poteſtatis, & emancipationis ſublata eſt.§.nullam.in authen.de ſuc.ab int. ue. remediaq́; inuenta,quibus & ipſi pariter uocantur,& ſucceſſionibus potiuntur antedictis,ut in §.quos autem: Inſti.de bo.po.& in §.emancipati. de hæ.quæ ab int. def.eo.lib.& in l.meminimus.C.de legi.hæ. Erat in eadem rurſum alia,ut debitor poſt dies xl. creditoribus dilacerandus daretur;hodie uero nō.l.i.C.q bo.ce.po.et ibi glo.ita ut Sex.ceci.philoſophum quendam (authore Gel.)cōtra hanc duritiem acerrime etiam defenſauerit. & alia quidem,quòd mater,tutrix eſſe non poſſet filiorum ſuorum,ſublata pariter,authen.matri & auiæ.C. quando mul.tu.offi.fun.po.l.qui aliena §.quanquam.ff. de nego.geſt.l.antepe.ff.de tut.l.ſi quis ſub conditione. ubi Bal.in fi.ff.de teſta.tu.Item & alia, ꝙ ſubuerſo teſtamento per querelam , etiam legata ruerent; quæ tamen hodie conſeruantur per authen.ex cauſa. C.de lib. præte. Vltimoq́; loco alia,quòd certæ actionum formulæ ſeruarentur,caderetq́; alias à cauſa quis, niſi id ipſum feciſſet,& nihilominus hodie ſecus,quia ſublatæ ſimili modo fuerunt.l.i.C.de formu.& imp.ue. & eſt argu.optimum in l.fi. C. qui admi. & ſi alias uidere cupias,uide dicta per me in euidentia.l.i.C.qui admi. in lectu.& adde, quòd nedum nouo iure, ſed noua etiam hominum conuerſatione reſpui debent omnino.§.fi. Inſti.de noxa.adeo ut Dantis Aligerij, poetæ Florentini notisſimi,carmen illud.

Coſi

Coſi nello mio dir, uoglio eſſer aſpro. hac de cauſa ſemper abhorruerim; ex quo(ut alius inquit)et ita ſeruandum eſt in unaquaque re,

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

OBSERVATIO LXXII.

De Bartolo Saxoferratenſe.

Nolo Bartoli Saxoferratenſis patriam, parētes, mores eruditionem, & reliqua, de induſtria percurrere ex toto, quoniam hoc idem factum eſt iampridem, literarumq; monumentis traditum, ſed aliqua tantum, quæ huic generi ſatisfaciant, à nobis alias obſeruata, memorare, & maximé, quòd fuit homo praxis peritisſimus, aſſeſſorq; primum Tuderti, poſtea Piſis, ibiq; tandem legere cœpit, & ultimo loco Peruſii; ubi in eum uirum euaſit, quem totus orbis prædicat. ita Bal. diſcipulus ſuus, in l.i. in x. col. C. qui accu. non po. quem ſummum Docto. quoque appellat, in c. quoniam contra. in viij. de proba. & alibi, lucernam iuris, Ang. in conſil. xv. incip. quæcunque. in prin. & illuminatorem Abb. in conſil. iij. incip. caſus. in ii. col. & alibi Ro. in conſi. cccclxxx. incip. in caſu. in prin. eum eſſe, in quo iuris uirtus maxima conſiſtit. Et Inno. in c. dilecta. de ap. q. aſſeſſores nolunt ab opi. ipſius recedere in iudicando; quod potiſſimum obſeruabat quondam Iacobus Florius, Iuriſcon. ætate noſtra maximus, patria Vtinen. mihi uti pater,

memoria ſemper colendus. Dicit, cum adhuc magnum legiſtam, Ancha. in conſil. cccc xxix. incip. pro euidentia. in i. col. Quodq; uidit omnia, Steph. Fed. de int. iu. in pe. & Butig. in l. i. in xxiiii. ff. de uerbo. ob. q. eſt magnæ authoritatis, præcipuè in practica ut ſupra, & nouiſsimè per Iaſ. in l. quominus. in xxxii. ff. de flumi. et idē Butig. in d. l. i. in. §. ſi quis ita. in iiii. q. eſt auriga noſter. Et magiſter legiſtarum, ſecundum eundem Iaſ. in l. i. in vij. ff. ſol. mat. Teſtatur quoque idem Bal. rurſum in c. i. in prin. in ult. col. de ſuc. feu. in uſib. feu. q. ſubtilis erat, quodq; tenebat libenter opiniones, placentes laicis; & q. denique iſtud ſibi maximum attulit honorem. & de ſeipſo loquens, teſtatur alibi, ſe multum temporis, in relegendis quàm diligentiſsimè, acutiſsimis interpretationibus ſuis, impendiſſe, ſtetiſſeq; apud Monachos S. Victoris, ſupra S. Michaelem in nemore, apertiſsimum exēplum, nos quoque ita facere debere, & non, ut multi, qui ædunt, ante quàm uideant, ſi tale id eſt, ut tuto poſsit in publicum prodire. Vnde, non ab re, dicebat etiam poeta,

Nonum prematur in annum. prout ego quinquageſimum ſeptimum ingreſſus, feci, & non ante. & ad propoſitum, ita teſtatum reliquit, in proœ. fforum, in. §. hæc autem tria. in prin.

OBSERVATIO LXXIII.

De Bannitis.

Pro intelligentia, ſciēdum eſt, et in materia qui-

dem quòd bannum, tripliciter conſyderari poteſt, imò quadrupliciter; Primo pro omni uoce præconia, quæ paucis innoteſcit.authen.qui ſemel.C.quomodo & quando iud. Secundo, pro mulcta quæ in contumaces ſtatui ſolet.l.i.C.de mo.mulcta. Tertio pro annotatione bonorum.l.i.ff.de requi.re. Quarto & ultimo, pro ipſa ſententia bannientis, et hæc eſt per Italiam in uſu. l.ſi quis. §.eius.ff.de iniuſ.teſta. Item quòd banniti quidam ſunt, qui patiuntur exilium propter ægritudinem, ut leproſi, & ſimiles.l.i.C. de mendi.ua.lib.x. Quidam uero propter potentiæ ſuſpicionem, quo olim Imperatores, ciuitatem expugnantes utebantur.l. certa forma.C.de iu.fi. lib.x. Quidam autem & ultimo loco propter delicta, authen.item nulla cõmunitas.C.de Ep.& cle.tradit Ang. in diſpu.incip.ex themate.in v.col.& in diſpu.incip.Bononienſis.in vi. Qui diſputat etiam in loco, de quo ſupra idèſt in illa, incip.ex themate.in iii.col. an deportatis æquiparentur, poſt glo.in.§. relegati. Inſti. quib. mo.ius pat.pot.ſol. Et alibi Bal. an cum non habeant legitimam perſonam, uel cauſam, iudicium cum ipſis ſit nullum, & ſententia nulla, ſicuti in hæretico, in.l.cum mulier.in vij. col.ff.ſol.mat. & utrobique concluſiſſe uidentur, quòd ſic. aliquid ad primum, idem Bal.in.l.eius ꝗ in.§.i. ff.de teſta.& in.l.i.in fi.C.de monopol. Dicens etiam alibi, ꝙ non ſunt ciues, & bene.l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capi.di.l.de pollicitationibus.ff.de pol.cum declaratione tamẽ Ro.in.l.inter.in.§.damni.in i.col.ff.de dam. infec.ita ut ſi fiat proclama, ꝙ quilibet mittat, aut eat

ad bellum, ipſi non teneantur, nec ire, nec mittere; ſubeuntes tamen munera patrimonialia ciuitatis, in. l. ſed & milites. in. §. ſed & ignominia. ff. de excu. tu. Alias nõ tenentur ſoluere collectas, nec reſpondere creditoribus, quia pro mortuis habentur, ſi tamen nudi exulant; non ſi bona retineant. d. l. de pollicitationibus. l. tutelas. §. ſi libertate. ff. de cap. di. tradit idem Bal. in. l. ſi tutor. in. §. fi. ff. de tute. & ra. diſtra. & in. l. illud. in prin. ff. de ritu. nup. & in. l. tam mandatori. C. de non nume. pecu. Eſt uerum, quòd pendente appellatione occidi nõ poſſunt. l. i. ff. nil no. ap. pen. firmat idem Bal. in. l. qui à latronibus. in. §. i. ff. de teſta. Nec capi in alieno territorio. l. fi. ff. de iu. om. Iud. etiam ſi fugati ad intra, peruenerint ad extra, quod diſputat idem adhuc, & eſt quotidianum, prædicauimusq́; nos ſæpe, in. l. ſicuti. in. §. Ariſto. ff. ſi ſer. uen. Ad idem, banniti, nec uiuentes, nec mortui, hæredẽ habere poſſunt. l. ii. ff. de hæ. uel ac. uen. efficiunturq́; infames, ſaltem infamia facti, quæ eos comitatur, ut lepra leproſum, & teſtatur Nel. in trac. ban. in i. par. ii. tempo. in xxx. q. incip. bannito. ad fi. & in iii. par. eiuſdem, in lxi. incip. quæro an bannitus. Sed an poſſint à familia offendi, à qua capti ſint? Dic quòd, non ut per eundem, in d. trac. in ii. par. ii. tempo. in xxviii. q. incip. an bannitus. in i. & ij. col. Nec bannitus ab una curia, bannitus dicetur ab alia inquit idem met, in prima ſecundi, in lvi. q. incip. Sempronius. in ii. col. Aliam diſtinctionem bannitorum etiam tradit ultra ſupra dicta, Bal. in. l. i. in iii. col. C. de hære. inſti. à lege; ab homine; propter cõtuma=

ciam;& propter delictum,ubi etiam in ſecunda quærit, an poßit æquiparari bannum excommunicationi, & cõcludit, q̃ ſic, Omnes banniti rurſum,dicuntur eßſe extra protectionem communis , præſumunturq; male uti ſubſtantia ſua,& notiore quidem propter bãnum.l.cum notißimi.§.illud.& ibi idem Bal.C.*de præſcrip . xxx. anno.* In *tantum.ut ualeat inde etiam ſtatutum, quòd qui bannitum ceperit,fiat ſtatim* Dominus *eiuſdem, eodemmet teſte,in.l.ij.p illũ tex.C.quib.ad lib.procla.nõ licet.* Alias *ſtatim debet* Iudici *cõſignari ex diſpoſitione iuris communis.l.fi.C.de maleſ.quem tex.unicum dicit* Bal.*in loco præallega.* Si *tamẽ promittatur premium capienti, non habebit locum in eo, qui capit ex neceßitate officij.l. iii.§.uotũ.ad* Sylla.*tradit idem* Bal.*in.l.ii.in prin.* C.*de ope.lib.* Et *ad idem facit,quia ipſi etiam abſentes ex cauſa neceſſaria dicuntur,& non propriè uagabũdi, ſecundum* Abb.*in c.fi.in viii. col. de fo.compe . & his ſimiles ſunt, qui expelluntur propter partialitatem terrarum,de quibus ſupra.& in c.i.de cle. non reſi. in ec . in vi.& per eundem* Bal.*in.l.pe.in prin.* C. *quomodo & quando iud.* Et *adeo odio habentur , ut receptantes eos, ſcienter tamen,eadem pœna puniantur.l.i.C.de colo.Illyricia.lib.x.l.omnes.l.ſeruos.& ubique* Bar.C.*de agrico.& cenſ.eo.lib .* Imò *quòd nec res uenditæ ſolemniter per ciuitatem,ex forma capitulorum pacis, ei reſtiui debent.l.pe.& ibi idem* Bar.C.*de fi.inſt. & iu.haſtæ fiſco.lib.* Sed *quid ſi in ciuitate toleratus fuerit?* Sol.*offendi non poteſt.l.nullus.& ibi* Salice. C. *de* Iudæ. *tetigi*

ego in c.i.in i.not.de excep. & in d.l.nullus, quoque,in collecta. Habentur quoque banniti pro confeſsis ex forma ſtatutorum,& conſuetudine Italiæ. l. conſiliarios. C.de aſſe.l.lex cornelia.§.poſtea.ff.ad ſylla. per quæ iura ita etiam dicebat Bar.in q.incip. lucanæ ciuitatis. in iij.col.Non ſolumq; deportatis et excommunicatis æquiparantur ut ſupra uerum etiam latronibus,hoſtibus, & deſertori,ut idem in d.loco dicit,& in ii.pariter.Imò q. tanquam fugitiui, quocunque die perſonaliter capi poſſunt.l.fi.C.de fer.c.fi.de iud. & utrobique not. & per Bal.in.l.i.in ii.col.C.qui bo.ce.po.& à quocunq; (eodẽ teſte)in.l.i.in vi.C.de ſum.tri.et fi.catho.Qui adhuc dicit ibi, quòd banniti etiam ab eccleſia debent reputari banniti à ſeculari iudice,in authen. cauſa.in.i. col. C. de Epiſ.& cle.poſt Inno.in c.i.de offi.ordi. & latè in d.q. lucanæ ciuitatis.in v.col.an ſint infames, an reſtituantur ab alio, quàm à Principe, & an banniti ſint ob ſolam contumaciam,ſine cauſæ cognitione. & in vi.an ſtatim lapſo termino, pro confeſsis habeantur. & an poſt ipſum,poſsint contumaciam purgare.& an denique perdant communionem fidelium,perceptionemq; ſacramentorum. & in vii.an ſint transfugæ,an hoſtes,an rebelles, & an perdant ciuitatem,& omnia ipſius iura. Et rurſum,an poſsint facere teſtamentum;an poſsint hæredes inſtitui;& an ſuccedant ab inteſtato.Et ibidem, in pe.col. quòd in duobus delinquunt,ex quo homicidium committunt,& ſunt contumaces;& ſic delictum delicto accumulant,& ſupra dictorum multa etiam in.l. ex hoc iure.in

iiij.& in.l.omnes populi.in v.& xii.ff. de iuſti. & iu. & in.l.ſi qua.ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iu. Hi rurſum exequutionem officio actionis non habent, cum agere eis ſit denegatum. c.cum inter de excep. & fuit uerbum Bal.in.l.cum mulier. citata etiam ſupra, in vii.col. ff.ſol.mat. Sed dubitat alibi,& non ab re, an ei ſic etiam denegetur exceptio;& dicit,quòd non, quia appellatione actionis,non uenit exceptio.l.uerbum oportebit.ff.de uerb.ſi.l.qui agnitis.ff.de excep.in.l.peremptorius.in v. col.C.ſen.reſcin.non po.ubi alias pulcherrimas q. q. ad materiā decidit. Verū ad idem,dubito,quid agendum,ſi bānito ſit aſsignatus certus terminus? Sol.animaduertere debet ne labatur,quoniā poſtea nihil facere poſſet.Ita idem Bal.in.l.fi.in prin.in iii.col. C.de tempo.ap.Si tamen ſubeſt quid, qđ ſibi poſsit imputari, quoniā alias ſi per eum non ſtetiſſet,fortè ſecus. Igitur idem adhuc uidendus eſt in.l.ii.in ii.col.C. ſi pen.ap. mors inter. De nullitate banni poteſt etiam perpetuo opponere. l. pure. §.fi.ff.de excep.do.ſentit idem Bal. in. l. data opera. in xv.col.C.qui accu.non po. Alias autē eidem fidutia dari non poteſt,ut inquit in.l.reos.in viii.C.de accu.& in ix.quòd nec admitteretur procurator,ſi uellet petere bānum cancellari.& in.l.i. in fi. C. de priua. car. quòd poterit detineri, & torqueri quoque, abſque eo,ꝙ detentor incidat in crimen priuati carceris. Bannitus, eſt etiānum perſona uilis.l. quæ adulteriū.ubi idem Bal.C. ad leg.Iul.de adul. & ut dictum eſt ſupra infamis,ſaltē infamia facti,& nouiſsimè addo eundem Bal. in.l.fi.per

illum tex. C. de requi. re. Et bannum quid, quod loco carceris ſuccedit. l. i. C. qui. bo. ce. po. & firmat. idem Bal. in rub. ff. ſi quis ius di. non ob. et in. l. i. in ii. lectu. in prin. ff. eo. Poteſt etiam occidi impune, fide ei non ſeruata, cum diſtinctione tamen, de qua per Bal. adhuc, in. l. i. in. §. nõ fuit. in. i. lectu. ff. de dolo. Dictuq; mirabile uidetur ultimo loco, quòd ipſe uxorem ſeorſum habitantem, alere teneatur; filius autem ipſum patrem non; & ſic priuari eum iure naturæ. c. i. ubi idem Bal. in prin. in iii. col. de pa. te. in uſib. feu. & in. l. ſi cum dotem. in. §. ſi maritus. in prin. pariter. ff. ſol. mat.

OBSERVATIO LXXIIII.

De Baſtardis.

Baſtardos, uocabulo barbaro potius, quàm latino, loquendo, ut alij nunc faciunt, adeo lex odio habet, & deteſtatur, ut nolit, ipſis mediantibus, memoriam parentum perpetuari, ſed legitimis tantum & naturalibus, ac qui ex iuſtis procreantur nuptiis. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. præclaram atque notabilem reddentes ciuitatem, ut in §. i. in prin. in authen. de nup. & in. l. i. ff. ſol. mat. & ibi Bal. in v. col. qui dicit etiã alibi in. l. ii. in i. ff. de excu. tu. q, habẽs numerũ iſtorũ, non gaudet priuilegijs immunitatis, et bene; eſtq; arg. in. l. q libertinus. ff. de. ope. lib. Imò plus q, teſtimoniũ mulieris in teſtamẽto, facto inter ſpurios nõ ualet, alias autẽ ſic.

quo modo limitari ſolet, quod habetur in l. qui teſtamento. in. §. mulier. ff. de teſta, & de materia in authen. hoc inter liberos. C. eo. & ad propoſitum ſignanter idem Bal. in d. §. mulier. in fi. Sunt etiam hi apud eccleſiam infames, ut adhuc Bal. inquit, in l. generaliter. in. §. cum autem. C. de inſti. quem refert & ſequitur Alex. in conſil. cxxviij. incip. conſyderatis. in pe. col. in primo uol. et in conſil. lx. incip. uiſa in ij. in ij. uol. Nec habent ſecundum Bar. iura ſanguinis, in l. fi. ff. de uerb. ſi. nec agnati uel cognati dici poſſunt. l. ſpurius ff. unde co. nec arma deniq; portare domus & agnationis, ut idem Bal. inquit in d. l. generaliter. infœlices amplius, & ſui generis fundamenta ignorantes. & ad longum tradit etiam Matthæ. afflic. quod non admittantur hac de re, ad ius congrui, in tracta. prothomi. in x. not. in i. col. Et idem Bal. in l. certum. in iii. C. unde legi. inquit, quòd nō ſunt de primo capite unde liberi, nec de ſecundo unde agnati nec de tertio unde cognati, quodq; nullam habent bo. po. in bonis patris. Et in d. §. cum autem, quòd non excludunt ſubſtitutum; quòd nec filij dicuntur propriè, & quòd deniq; non includuntur in diſpoſitione legali, quãtum ad commodum & honores, nec in feudis, nec in emphyteoſi. Infames apud eccleſiam, ut dixi ſupra etiam legitimati, quod mirabile uidetur. & plus ſubiicit, quòd tales habere ignominioſum eſt; & quòd pater condemnatus ad ſolutionem legitimæ pro delicto filij, non tenebitur pro filio baſtardo. Refertq; Bonifacium martyrem dicere, iſtos hominibus honorabiles

non eſſe, non amabiles Deo, nec in bello ſeculari fortes, nec ſtabiles in fide in l. i. in ij. col. C. de his quæ pe. no. & habetur in c. ſi gens Anglorum. *lvi. diſt. & quòd in diſpoſitione legis tacita, uel expreſſa non includantur, tenuit etiam* Benedic. *peruſi. in conſil. i. in. iiij. col. & quòd non ueniunt appellatione coniunctorum, quodq; ſucceſſio eis permiſſa eſt tantum in bonis matris auiæ maternæ, & fratris, & idem* Bal. *in. l. quod uero contra. iu. ij. col. ff. de legi. quòd ſi ſtatutum dicat bannitorũ filios de ciuitate expelli debere, non includentur baſtardi ſupradicta ratione, quia non gerunt ſcilicet imaginẽ parentum, nec eorum memoriam perpetuant, nec filij ſunt niſi abuſiue.* Multa *ad ſacietatem ſicuti etiam in d. §. cum autem tradit adhuc in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. in prin. citata etiam ſupra & utrobiq; de* Lucio Petramala, *ſtrenuo milite, quòd fuit determinatum, ipſum non fuiſſe de dicta domo tunc, quia erat* Baſtardus. *aliquid* Ancha. *in repe. c. canonum ſtatuta. in cclxxi. col. de conſti. & in conſil. ccclxxxix. incip. uiſis. in prin. plenè ut ſupra; & quòd obumbratur nobilitas mulieris, ſi nupſerit baſtardo.* Multa *etiam* Bar. *ſupra dictis ſimilia, quòd non eſt in poteſtate patris ob hoc, q; ſibi non poteſt pupillariter ſubſtitui, & quòd deniq; ei tutor non datur, niſi confirmetur, in l. ij. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. & in l. fi. eo. titulo q; hac de re, quia ſcilicet non ſunt in poteſtate patris, inuiti legitimari nõ poterunt.* Et *alibi, in l. eum qui nocentem. ff. de iniur. q; ſi te appellauero baſtardum, & uerum ſit, non tenebor.*

actione iniuriarum; & declaratur, quod idem ait in l.turpia.ff.de leg.i.in fi.prin.Gulielmus tamen Iacobini Carrarienſis filius, patrem occidit, quia eum talem appellauerat. Et baſtardos dixi, ſiue ſpurios, quaſi extra puritatem natos, quoniam à naturalibus in multis diſtinguuntur, iuxta not. in l.in concubinatu.ff. de concubi.& in authen.ex complexu.C.de inceſ. nup. & in c.tanta.& in c.per uenerabilem.qui fil.ſint legi. ubi etiam præpoſitus Alexand.qui ſint, quot ſint, & in quibus differant.aliquid Ancha.in conſil.ccxli.incip. ex tenore.in fi.Baſtardus tamen fuit Romulus, & Remus; Tarquinius Priſcus; Theſeus; Perſes; Iugurta; Commodus; & alij innumerabiles, quos in præſentiarum non ſcribo.& ad propoſitum adde, quòd ſicuti inſtitui non poßunt, pari modo nec eiſdem aliquid conferri poterit per uiam contractus.l.i.C.de natu.lib.tradit idem Bal. in l.teſtamenti factio.in prin.ff.de teſta. Subijciens, quod nec ualeret ſtatutum, ipſos inſtitui poße. & in l.ſi quis ſolidum.ff.de hæ.inſti.quod cum in eis non cadat titulus inſtitutionis, in eis quoque locum non habebit deciſio d.legis.& habetur etiam in d.l.cogi.in.§.hi qui ſolidum.ff. ad Treb. Quid quòd aquila ad radium ſolis, pullos probat ſuos, quem ſi ſuſtinere nequeunt, ut degeneres excludit. Poſſunt tamen inſtitui ut ſupra a fratre, & ab alio quocunque, patre excepto, ut idem nouisſimè concludit in l.ſi is qui.in i.col.ff.de uulga.& pup.ſub.qui plus dicit alibi, quod inſtituuntur etiam cum legitimis & naturalibus, in l.Lucius.ff.eo. Sed non uidetur tutum, quo-

niam forte id procedit, & uerum eſt in naturali. Et *ad illud, quod dictum eſt adhuc ſupra de his legitimatis, ad de quòd tunc ſimiles ſunt morboſis, quibus cicatrix remanſit, ſecundum eundem, in c. licet. de transla. epiſcopi.* Dicebat *etiam* Hermo. Bar. *in lib. de re uxo. quòd hi ut plurimum flagitioſi ſunt, improbi, & ad turpitudinem propenſiores. & alibi calde. in conſil. ij. incip. ſpurius. de fi. inſt. quòd ipſis lex* Moſayca *deteſtatur, canonica, ab ordinibus repellit, & ciuilis a ſucceſſione, prohibendo etiam alimenta; ex quo ut ſupra infames ſunt degeneres, & immundi.* Nec *i ngrediebantur* Deutero. *lege, in eccleſiam* Domini, *uſque ad decimam generationem. ut* Deutero. *c. xxiij. in prin.* In *eis etiam denigratur & coinquinatur nobilitas, ſecundum* Ange. *in diſpu. incip. nobilis. in ij. col. nec ex ſtatuto cæſaris filij, niſi in ſubſidium, merentur filij appellari.* Reſpectu *iuris naturalis tamen, de mundo eſſe dicuntur, & ſi occidantur reſpub. offenditur, paterq; teneretur lege* Pompeia *de parricidijs, ſi filium interficeret, ac ſi fuiſſet legitimus & naturalis, eodem* Bal. *teſte in c. i. in* §. *naturales. ſi de feu. fue. cont. int. do. & agna. in uſib. feu. & forte non indigni poſſent dici, ſed incogniti potius, ut idem ſentit in l. etiam. in i. col.* C. *ad leg. fal. & iure* Longobardorum *quoque ſed non ut paſſiue eis non ſuccedatur. l. ſi fuerint, de ſuc. eo. lib. & ſi in priuatis deteſtabile eſt, quòd filios huiuſmodi habeāt, longe deteſtabilius eſt in* Rege, *exemploq;* Attali *comprobari optime poteſt, qui populum* Ro. *hæ. inſtituit, & ſi regij ſangui:*

nis, Ariſtonicum haberet, ratus ex quo epheſia Cytharistæ filia genitus erat, memoriam ipſius deleri potius debuiſſe, quàm indigni filij ſucceſſione, regnum Pergamenorum fœdari. Cuius rei tamen inexcogitatæ, Ariſtonicus ferox iuuenis indignatus, ciuitates relictas accepit, Craßum interfecit; aliaq; magna molitus fuißet, niſi Acquilius (author eſt Luci. Flo. lib. ij.) ipſum infami fregiſſet uictoria.

OBSERVATIO LXXV.

De barba.

Non ab re forté, ſacerdotibus prohibitũ eſt ne barbam nutriant, in concilio Carthaginenſi, poſito in c. clericus. de ui. & ho. cle. & quidem ſub anathematis pœna. c. ſiquis ex clericis. eo. titulo, & lib. quia Campanis etiam diſplicebat, ea de re colentes Iouem, optimum maximum, & imberbem quidem. Et hoc idem etiã Anacletus Pontifex v. natione græcus, patria Atheniẽſis, & Anicetus, conſtituerunt: Quod tamen in alijs laudabile haud uidetur, ex quo membrum formale hominis eſt, abſque eo autem deforme, iuxta illud poetæ.

Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus;
Et ſine fronde frutex, & ſine barba caput. & ideo ipſius appellatione continebitur abſque dubio ſecundum Bal. in ſtatutis, in §. membrum. in prin. ſubijciẽs, ſi quis eam amputauerit alicui, quòd ei dicetur membrum am=

putaſſe, quodq; incidet in pœnam ſtatuti, impoſitam amputantibus membrum. & clarius in l. reos in ij. col. C. de accuſa. & probatur in l. in rem. in §. i. ff. de rei uẽdi. late Nel. in tracta. ban. in ij. par. ij. tempo. in li. q. incip. quero an bannitus. in. i. col. & Latius Ange. in tracta. maleſi. in uerbo pluribus. in. §. i. in ij. Interrogatus quoque Diogenes, quare barbam ita prolixam gereret quia (inquit) hominem me eſſe cognoſco, illam manibus pertractans. & ſic in uirilitatis ſignum nobis à natura ex hoc data eſſe uidetur. & ut quæ uirum minime deceat facere erubeſcamus. Barbatus etiam, probus, & bonorum morum ſtudioſus dicitur. Ignominioſumq; barbam uellere. Vnde Perſius.

Barbatum hoc crede magiſtrum diſcere. & Hora. (ſingula ſingulis referendo)

Vellunt tibi barbam laſciui pueri. Nec ab re, fabulantur inde poetæ, cum ad inferos, ob Proſerpinæ raptum, iuiſſet Theſeus, & Pyrithous, iſq; a cerbero occiſus, ille uero detentus fuiſſet, Herculem illuc deſcendendiſſe pariter, & infernali monſtro barba uulſa, ideſt audacia & robore, Theſeum non modo liberaſſe, uerum etiam Pyrithoi mortem acriter uindicaſſe. & ut dicebã prius quòd radere eam, ſpectet ad cultum, ſilentio rurſum haud inuoluendum eſt, quod Herodo. ſcribit, author grauiſſimus, ægyptios tanti ipſum fœciſſe, ut ſacerdotes ſingulis diebus, totum eraderent corpus, ne dum barbam, ne quid pediculi, uel alterius ſordis, ſecum haberent.

OBSERVATIO LXXVI.

De brauio.

Si omnia ad iſtud genus pertinentia, uellemus ſcribere, utique alia, magna ex parte, fraudaremus, & præſertim, quia inde etiam tractatus æditus inuenitur; ad quem pro ſolutione quæſtionum emergentium, ſemper recurrimus. Idcirco id unum tantum tangam, quod mihi maxime neceſſarium uidetur, quodq́; ſæpe reuocatur in dubium, an ille brauium habere debeat, qui impeditus fuit, quiq́; ipſum habuiſſet indubitanter, ſi impeditus non fuiſſet. et breuiter dicendum, quòd non; licet prima facie contrarium, uerius uideatur, ex quo per eum non ſtetit, glo. eſt ſingularis, quam ibi ad idem commendat Bal. in. l. ij. C. de dona. an. nup. & eſt uerum, cum non ſit quid, quod uincenti, ſeu prius currenti, posſit aliter imputari. conſyderando tamen quòd is regreſſum habere poterit aduerſus impedientem; ſi hoc de induſtria fecerit, & malicioſe quidem, alias non teneretur. l. fi. ff. de eo per quem fac. erit. l. inde neratius. §. i. ff. ad leg. Aquil. imò dico plus, ſi impedimentum doloſe prouenisſet, & quidem impulſu eius, qui uicit, quòd eidem non deberetur. l. ſi ab hoſtibus. §. i. ff. ſol. mat. c. ſedes apoſtolica. in ratione ſui, de reſcrip. c. ex literis de do. & cou. c. in noſtra de ſepul. et in not. q. in ſimili, tradit Abb. in c. in præſentia. in xiiij. col. de proba. & ita tene.

OBSERVATIO LXXVII.

De bona fide.

Quia bona fides plurimum requiritur, ac deſideratur, in his, qui multa negotiantur, ut inquit Alex. in conſil.cxiii.incip.perſpectis.in iij col.in vi. uol. poſt Bal.in c.ſi pro debilitate.in.i.lectu.de offi.del. de ea ad præſens aliquantulum loquemur; ſubijcientes inde, huiuſmodi eſſe, ut præſumatur in dubio, & maxime ratione longisſimi temporis, ſi tamen allegetur.l.pe.C.de decu.lib.x.& eſt utile, quia beneficiū eccleſiaſticum alias, non poteſt præſcribi ſine titulo.c.i.de regu.iu.in vi. & not.idem Bal.in l.ſuper longi.in iii.col.C.de præſcrip. lon.temp.& in l.male agitur.C.de præſcrip.xxx. anno. Dici etiam ſolet, quòd in omnibus agnoſci debet.l. proculus.l.atqui natura.ff.de nego.geſt.tradit idē Bal. in diſpu.incip.ſtatuto cauetur.in v. col. in fi. & bene, præſertim anteq̄ lis ſuperuacua inſtituatur.l. quotiens §.deniq; ff.de admi.tu.quem tex.ad idem inducit Ro. in conſil.cccxxix.incip.præſens conſultatio.in i.col. & quòd ſemper præſumatur, uerum eſt, niſi mala probetur, ut idem Bal.declarat in d.l.ſuper longi.in prææallega.iij.col.& Ancha.in conſil.cxlij.incip.clarior.in iij. pariter, poſt cano.in c.ſi diligenti.in fi.de præſcrip. Deſideratur etiam in contractibus.l. bonam fidem. C. de ac.et ob.eoq; magis ſi bonæ fidei fuerint.l.iii.ff.pro ſo. declarat egregiè Bar.in l.ſub prætextu.i.in fi. C. de

transac.

tranſac. & inter mercatores deniq; inter quos agitur de bono, & æquo. l. quintus. ff. manda. & de materia aliquid alias, in l. bonam fidem. ff. depo. & nota ad intelligentiam, quòd bona fides intelligitur per abnegationem ſui contrarii, ideſt priuatio doli. l. non debet. in fi. ff. de do. & per Bal. in d. l. bonam fidem. C. de ac. et ob.

OBSERVATIO LXXVIII.

De Brixia.

Iſtud ſolum hic, obſeruandum putauimus. cætera ſuis locis reſèruantes, ubi de nobilisſima hac ciuitate, à Breno Gallorum Duce ædificata, diffuſius tractatum eſt; q. cum alias Imperator tulißet ſententiam, ut ſubijceretur aratro, miſericordia motus, eam reuocauit, ita Abb. in c. dilectus filius. in iij. col. de ſymo. ubi etiam de Bononia adducit ſimile, quæ aratrum paſſa, olim pariter fuit; & indulgentia eiusdem Imperatoris, poſtea reædificata. & not. etiam Bar. ante eum latius, ac clarius dicens, quòd fuit Imperator Henricus, in. l. aut facta. in. §. nonnunquam. in iij. col. pariter. ff. de pœn.

OBSERVATIO LXXIX.

De Baccalariis.

Nec in hoc multum immorandum putaui quo

niam uerbum iſtud Baccalariorum, à nullo uſurpatum niſi à theologis inuenio; & ſunt hi breuiter, qui legunt ad ſacerdotium promoti, antequam magiſtri efficiantur. Baccalarii ſic appellati, quia laurea corona ornari anti quitus ſolebant, quaſi bacca laurea coronati, Ea propter obſeruandum eſt, quod legum Doctoribus præferri non debent, quod non minus patriam defendunt, quàm milites. l. aduocati. C. de aduo. di. iudi. & ibi in collecta. dixi. & tenuit glo. in regu. expectatiua. in iiij. parte, incip. cæteri autem. in ij. col. imò quòd de his etiam Bal. meminit in. l. in dando. ff. de tuto. & cu. dat. ab his. quòd ſi promoueantur ad lecturam inſtitutionum, debent eſſe examinati, et ſi ad aliam fforum, quòd iterum examinari debent, notandumq; eſt ſemper.

OBSERVATIO LXXX.

De Bechetis.

Etiam hic ſolum declaro, qui ſint Becheti iſti, et dico, quod ſunt hi qui habitum deferunt tantū, & non ſunt propriè clerici, uel aliter religioſi, ex quo accidentalia habent ſine ſubiecto, eſtq; eorum habitus potius apparentia quædam, quàm realitas affectualis; uſque adeo ut priuilegio ipſorum clericorum non gaudeant, exemplumq; eſt in his, qui ſunt de aliqua congregatione, militibus. S. Mariæ, & ſimilibus, de quibus ſolus Bal. loquitur in. l. officiales. in fi. & in. l. ſi quis ad declinandam. in xi. col. C. de Epiſ. & cle.

MARCI MANTVAE BONAVITI, PATAVINI

Iuriſcon. publiciq́; matutini interpretis, Obſeruationum,

LIBER NONVS.

OBSERVATIO LXXXI.

De Baldo Peruſino.

POST quàm de Bar. diximus ſupra æquè conuenit, ut de Bal. eius diſcipulo etiam nõnihil loquamur, quem certe acutiſſimum interpretem admiramur, et incredibili quadam uarietate rerum, & copia, adeo abundantem, ut neminem uideam, legam neminem, quòd mihi magis placeat, & qui ſibi facile comparari poſsit. & hac de re non immeritò Iaſ. in. l. lecta. in iiij. col. ff. ſi cer. peta. ait, ipſum nihil ignoraſſe, quod ad hãc iuris peritiam eſſet neceſſarium. Et alibi Sicu. in tracta. de præſtan. Cardi. in proœ. ii. par. & ante eum Pau. de caſt. in conſil. clij. incip. uiſo puncto. in ulti. col. in ii. uol. quos refert etiam Loaz. Inſti. de iuſti. & iu. in viii. col. ꝙ in cauſis decidendis eſt maximæ authoritatis, & tantæ ſubtilitatis, ut dixerint eum aliqui per aera uolaſſe, quodq́; adeo ſubtilizauit, ut ſeipſum fregerit, & potiſſi-

viij.col.C.de exe. rei iud. quòd errauit in caſu, de quo ibi, quodq́; dictum ſuum non recipitur de conſuetudine, nec à ſapientibus. Et alibi in c.i.in. §.ſancimus. in ij.quo tempo.mil.in uſib.feu. q̃ errauit pariter in.l. cum procurator.in.§ ſi dominus.in.i.ff.de no.op.nun.dicens, q̃ appellans primo & ſecundo, ex ſecunda appellatione nõ releuatur, ex quo ſuſpenſum, non poteſt amplius ſuſpendi. & ibidem in.§.niſi.in ij. q̃ contra caſum legis locutus eſt, dum uellet minorem tractantem de lucro reſtitui debere, & non ſi de damno, quia ſeruatur illæſus, & male ut ibi. & idem dicit in.l.i.in fi.prin.ff.de dona. & in l.hæreditas.in fi.C.de his quib. ut indi. & in. l. ſuper longi.in iiij.col.C.de præſcrip.lon.tempo. Et alibi in.l. amiciſſimos.in §.Lucius.in ij.ff.de excu.tu. quòd in intellectu illius legis errauit. & in ſimili in.l. comparationes.in ij. pariter. C.de fi.inſt.in materia de qua ibi. Et ut dixi, male, tum quia preceptor ſuus erat.l.dicere. ff. de arbit.l.ſi ædibus.ff.de dam. infec. tum quia magnopere conſyderandum eſt, ut his, Cice.teſte, cum quibus de aliqua re certamus, & amici, & beneuoli eſſe uideamur; documentumq́; eſt Iuriſcon.in.l.ij.in §.uerba.ff. ad Vel. et clarius in.§.nos uero.Inſti.de legi.agna.ſuc. & propterea non conqueratur ipſe Bal. ſi alii eum aliquando lacerarunt, ne dum mortuum, uerum etiam uiuentem, ut conqueritur in.l.quotiens.in iij.col. C.de ſu. & legi.ſed, ut dixi, quòd nec alijs pepercerit, uidere licet, quia alibi inuehit in aduocatos minus peritos, in c.cum acceßiſſent.in iij.col.de conſti. Et alibi in canoniſtas eos ſimplices ap-

pellādo,in.l.i.in ii.lectu.in xiij.col.C.de ſacroſanc.ec. Et *alibi in* Imperatorem,*&* Principes, *quòd pellem popu-lorum excoriant,& uix precarium relinquunt,in. l. ex hoc iure.in fi.ff.de iuſti.& iu.* Et *alibi in.l.de quibus.in vi.col.ff.de legi.in eos qui diſcere erubeſcunt quod igno rant.* Et *alibi in.l.præſcriptione.in iiij.*C. *ſi con.ius uel uti.pub.ꝙ* Papa *poteſt errare,ex quo non ſemper ſecum ſapientes habet,præcipuè quum uadit uenatum.* Et *alibi in.l.i.in i.C.de fur.ꝙ* Old.de Laude *errauit,& loquu-tus eſt contra caſum legis,in materia,de qua ibi, et idem dixit feciſſe glo.in.l.de his.in fi.C.eo.* Et *alibi ꝙ* Iudices *maleficiorum neſciunt quid faciunt, uolentes, quum primum à tortura redeunt,ut rei ratificent confeßionem in tormentis factam,in.l.ij.in ulti.col. C. quod met.cau.* Et *alibi in. l.de tutela.in ij.C. de reſti.in integ. ꝙ* Do-*cto.conſilia contraria facientes diuerſis temporibus,ex-cuſantur per uerbum credo, ſed ꝙ malè faciunt, quodq; nō parua erubeſcētia ē, uarietas iſta.* Et *alibi in.l.i.C. ꝙ & aduer.quos.in pr in.ꝙ quandoque imperiti, fauori-bus aſcendunt cathedram,nec ad id apti tamen, idoneiq; reperiuntur.* Et *alibi in.l.i.in fi.C.de ſerui. & aqua.ꝙ canoniſtæ impropriè loquuntur, ponentes præſcriptio-nem in diffinitione cōſuetudinis,cum ualde differant.* Et *alibi in.l.i.in iiij.col.C.ex delic.defunc. ꝙ aſſeſſores, in camera torquentes reos,& facientes ſcribere, ꝙ ſponte confeßi fuerunt,ſunt homicidæ.* Et *alibi in.l. fi.in fi.* C. *de ædil.ac.quòd miſeri ſcholares ſtudent, & tamen non uident materias extraordinarias, quæ tales, & tantæ*

ſunt,ut minima eſſe uideantur quæ ſcimus, eorum com=paratione,quæ ignoramus. Et alibi in.l.i.in fi. C. loca. q̃ hoſpitatores,ſunt ut plurimum homines uulgares, & rapaces. Et alibi in.l.diſſolute.in i.col.C. de condic. ex le.quòd nautæ caupones,ſtabularii, & publicani, ſunt peßimum hominum genus. Et alibi in.l.fi.in xvi.q.C.de hæ.inſti.q̃ cauſæ ſubtiles,non ſunt großis aduocatis cõ=mittendæ. Et alibi in.l.licet.C.loca.q̃ ſuo tempore,impe rium erat infatuatum, & ſi Imperator tunc magni etiã eſſet nominis,& famæ. Et alibi in.l.fi.in §.ſin autem ali quis.C.de iure del.q̃ Nicolaus de Matarellis, intellectu errauit,& quidem in leuißimo puncto. Et alibi,in.l.ex teſtamento.in fi.C.de fideicom.q̃ Oldradus ſatis imperi te,in materia ulti.uoluntatum, locutus eſt, quodq́; Dy=nus præceptor ſuus,eum labi fecit,et errare. Et alibi in l.i.in ij.col.C.communia de lega.q̃ Cy.& Iaco.de Are. locuti ſunt contra caſum legis,in materia, de qua ibi. Et alibi in.l.i.in i.C.de his qui ante ap.tab. q̃ idem Cy. ibi in deterius opinionem ſuam mutauit. Et alibi in.l. fi. in §.ubi autẽ.in prin.C.de bonisq; lib.q̃ Ray.de Forli.ma le intellexit Docto.in.l.i.C.de bo.mat. Et alibi in.l.i.C. de nudo iu.qui.tol. adhuc in Epiſcopos inuehit, titulos habentes,nullatenenſes. Et in ſcholarem alibi uanaglorio ſum,ex Bononienſi ſtudio reuerſum,qui tamen erat iam Doctor,et prima uice,conſultus, falſum dedit reſpõſum, in.l.minus.in prin.C.de acqui.po. Et alibi aliorum no=mine,multa in accurſium euomit,in .l. cum notißimi.in ij.col.C.de præſcri.xxx.an. Et alibi in miſeros et aua=

ros prælatos,in.l.fi.C.de alluuio.Et alibi,in.l. omnes. C.de præſcriptio.xxx.an.ꝙ ſunt aliqui,qui bene dicunt, ſed neſciunt tamen quid dicant,ut auiculæ garrientes. Et alibi,in Cy.adhuc,ꝙ in parnaſſo ſomniauerit opi.quandam,in.l.Paulus.in i.lectu.ff.de ſta.ho. Et alibi,in nobiles,ꝙ ſunt pro maiori parte ſuperbi, inimiciq; popularium,guloſi,& luxurioſi,plus quàm illi, extollendo poſtea, quos uirtus nobilitat, & bene, quia uerè nobiles ſunt,& ſi diuitijs careāt,in.l.per adoptionem.in i.lectu. ff.de adop.& alibi contra proteruos aduocatos, qui literas aucupantur,in.l.conſentaneum. in iii.col. C. quomodo & quando iud.Et alibi in.l. accuſationem. in iii. C.qui accu.non po.ꝙ Peruſini(ſi ipſe enim, qui Peruſinus eſt,hoc dicit, mihi non eſt imputandum) iurant per laſciuiam et ebrietatem.Et alibi in c.i. in prin.in iii.col. pariter,hic fi.lex.D.Fed.in uſib.feud.ꝙ Obertus de horto,& Gerardus cagapiſi,fuerunt duo pecora. Et alibi in.l.ex omnibus.ff.de offi.præſi.ꝙ licet Italia, prouinciarum Regina ſit,& optima quidem, Itali tamē improbi ſunt,& gens peſſima;qua nulla peior dici,inueniri'ue poteſt.Et alibi in.l.& eleganter. in §.fi. ff.de dolo, ꝙ Cardinales propter lucrum,affirmant eum eſſe idoneū, qui tamen indignus eſt ad beneficium. Et alibi in.l.fi.in pe.col.C.ſi à non compe.Iudi.fu.ap. ꝙ Doctores Bononien.in caſu interdicti,de quo ibi,conſuluerunt contra ueritatem,ut acquirerent fauorem populi. Et alibi in.l.ii. in ii.C.de lib.& eo.lib. quòd in.q.ſtatuti Bononienſis, de quo ibi,Old.multum uacillauit. Et alibi, in c.i.in §.

niſi iuſta.in fi.quo tẽpo.mil.in uſib.fe u.q, indocti recitãt ambages in cathedra,q̃ non ſedetur,ſed incubatur ab eis. Et alibi,in.l.ex diuerſo.in §.i.in ij.col.quòd glo.ibi tãq̃ ebria loquitur. Et alibi in.l.in dando.ff.de tu.& cu.da. ab his.q, nobilitas non ſupplet defectum literaturæ, in clericis promouendis. Et alibi in.l.ii.in §.fi. ff. de excu. tu.q, fatui appetentes regimen ſtudii, non poſſunt onus allegare,licet laborent. Et alibi,in.l.i.in §.ſciendum. ff. de ma.que.q, officiales non expedientes proceſſus,ſed illos ſucceſſoribus reſeruantes,puniri debent. Quibus ſtantibus,nimirum eſt,ſi multo minus nobis pepercíſſet, ſicuti nec alii parcunt, quorum nomina tamen noſtris ſcriptis honorifice,mandauimus, huic hominum generi reſpondentes cum Socrate,hoc ipſum ab is fieri, qui natura ipſa,bene loqui nunquam didicerunt. Et ad Bal. noſtrum redeuntes,ipſum acutißimi ingenii fuiſſe, id unum oſtendit,q, cum Papiam magno ſtipendio, interpretandi muneris gratia,à Galeatio Maria Vicecomite,Mediolani Duce, uocatus fuiſſet, dixiſſetq; eo uiſo, (ſtatura enim paruus erat,ut peritia iuris maximus)minuit præſentia famam.ſuperabit confeſtim, (inquit Bal.) præſentia famam.ut fecit;Vigebitq; ſeculorum omnium recordatione,tanti uiri memoria.

OBSERVATIO LXXXII.

De Barbatia Siculo.

Andreas nomine, is uocabatur, fuitq; ma=

gnus Iuriſcon.eques & Aragoniæ Regis tunc, conſiliarius optimè meritus, patria Meſſinen. & fama ſuper æthera notus; qui iura in Bononien. gymnaſio, unà cũ Alexandro Tartagno, collega, interpretatus eſt. eumq́; uulgus Barbatiam appellabat, quod ipſemet, de ſe ipſo loquens, ad bonum propoſitum teſtatur, dicens quòd ſi res notoria eſt, quòd poteſt in genere, abſque alio ſpecificari; aliud uulgatum adijciens de Gallo preſſo, Azonis Bidello, & ſimilibus, in c. ſignificantibus. in vi. col. de lib. ob. cuius multa etiam recitantur ridicula, et præſertim, quòd interdum dicere ſolebat, Dum redderem debitum Catherinæ, cogitabam ad iſtum tex. ſic poſſe reſponderi, quòd in una calidà fiunt duo claui, hoc ipſum ipſemet adhuc referens, in c. prudentiam. in iiij. col. de offi. Del. nec ab re, quum propoſitis duabus quæſtionibus, uni tantum reſpondetur. & eiuſdem generis pluribus, quæ non refero.

OBSERVATIO LXXXIII.

De breuitate.

Multa eſſent hic de breuitate dicenda; ſed quia uideri poſſunt in l. i. in. §. ſed cum ſit neceſſarium. C. de Iuſti. Cod. confir. ubi ego latè in collecta. tranſeo. & hoc unum tantum addo, quòd grammatici utuntur breuitate, figura ſyncope, Apheréſis, & Apocope, alijsq́; propemodum innumerabilibus. Item Dialecti-

ci,contractius,ſiue breuius loquentes, quàm alij, quia ſcientia eſt,quæ ad rex maxime pertinet. Item Rhetores,quorum aliqui,exordium atque epilogum,tanquam ſuperuacuas orationis partes eiecerunt protinus. Item poetæ, Mercurij pedibus alas addentes,ſeu talaria, quibus celerius,atque ſine ambagibus,Deorum exequeretur mandata. Item & ultimò Iuriſconſ.celeritate quoque coniungēdarum actionum, actum occultantes.l.iij.§.Sed & ſi.ff.de do.int.ui.& ux.l.iij.§.i.ff.de iu. do. tradit Bar.& omnes,in l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.et ut latius in loco ſupra allega.

OBSERVATIO LXXXIIII.

De benignitate.

De benignitate multa conceduntur à lege, quæ non concederentur aliàs & ideo legimus, q. filius nominatim exhæredari debet,quodq; ualet exhæredatio,ſi dixerit pater, unicum tantum habens, filius meus exhæres eſto.non ſi plures, imò quod nullus benigna iuris interpretatione, tunc exhæredatus dicetur. l.ii.ff.de libe.& poſthu. Ad idem,teſtator,alimenta libertis utriuſque ſexus,reliquerat à repub. & ex prædiis,quæ ei legauit,dari uoluit. Dubium eſt, an Sticho contubernali,& liberis de quibus in eodem teſtamento facta fuerat mentio, alimenta debeantur ab hærede inſtituto,an uero a repub. Dicit tex.à repub.benigna uo-

luntatis interpretatione præſtari debere, & ſi à legatario alias de iure legari non poſſit in l. Stichus.in fi. prin.ff.de ali.lega. Ad idem, filius emancipatus, qui de bonis conferendis, fratribus cauere noluit, uidetur bo.po.renunciaſſe, de iure; & tamen benigniori ſententia receptum eſt, ut poſſit, ſi cautionem obtulerit, bo.po. officium exercere, quoniam Prætor nonnunquam uarietatem admittit, nec mutantis conſilium aſpernatur, ſi maxime de bonis parentis inter fratres diſputetur.l.nõ nunquam ff.de colla.bo. Vnde uulgatum illud prodiit, ſecundum glo.ibi, ſapientis eſſe, mutare propoſitum in melius. Ad idem reſtituta hæreditate, hæredi dandum eſt, ut impleatur conditio. non fideicommiſſario, ex quo ſemel hæres, nunquam deſinit eſſe hæres.l.& ſi ſine.§. ſed quod Papinianus.ff.de mino. Et idem, ſi ſuſpectam adiiſſet hæreditatem, eamq́; reſtituiſſet iuris benignitate.l.qui hæredi.§.i.ff.de condi.& de. Ad idem, ſi conuenerit quis, ut pecuniam apud ſe depoſitam, creditam haberet, mutuum erit. Et idem, ſi iuſſero a debitore meo, te eam accipere, benigneq́; ita receptum eſt, eo caſu.l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.l.qui negotia.in prin.ff.manda. Ad idem, ſi tibi pecuniam donaſſem, ut tu mihi eam crederes; nec creditum, nec donatio erit, inſpecta uerborũ ſubtilitate, ſed de benignitate ualebit utrunque.l.ſi tibi. ff.ſi cert.peta. Ad idem, hæreditas de iure, nec dari in codicillis poteſt, nec adimi.l.ii.C.de codi.& tamen benigna interpretatione ſecus deciſum eſt, in l. Scæuola.ff. ad treb. Ad idem, legatum, filiæ factum, quum nupſerit

ſi teſtator de primo nuptiali iugo ſenſerit, nubendo, parere de iure conditioni poſtea non poterit, quaſi non nupſiſſet, de benignitate autem ſic. l. hæc cõditio. in fi. prin. ff. de condi. & de. Ad idem, teſtator ſic dixit, ſi Sumphoro & Genuario, Titius centum præſtiterit fundum ei lego. Sumphoro mortuus eſt; dubitabatur an legatũ periiſſet, inquit tex. alibi, quòd non, ſi ipſum præſtitiſſet, dum eorum quiſque uiueret, benigna uero interpretatione dicendũ, ſi non poſt moram Titii, Sumphorus deceſſerit legatarium, partem dimidiam Genuario dantem, partem dimidiam fundi conſequi. l. tales. ff. eo. Ad idem, conditio hæc, quum moriar, liber eſto, uitæ tempus amplectitur, idcirco inutilis eſſe uidetur, ſed melius eſt, uerba benignius interpretari, ut poſt mortem ſuam teſtator ei libertatem reliquiſſe uideatur l. qui duos. §. i. ff. de ma. teſta. l. benignius. iuncta glo. ff. de legi. Ad idem, quod ait lex, quanta pecunia erit, tantam d ato, ait oſtendendo æſtimationem hæreditatis, non hæreditatẽ uoluiſſe præſtari, niſi maritus res tradere maluiſſet, quod eſt benignius, in caſu l. ſi uero. §. fi. ff. ſol. mat. Ad idem ſi tutela duobus ſimul gerenda permiſſa eſt, uel à parente, uel à contutoribus, uel à magiſtratibus, benigne accipiendum eſt, etiam uni agere permiſſum, quia duo ſimul id facere non poſſunt. l. decreto. §. i. ff. de admi. tu. Ad idem ſi donatio ita fiat, ut poſt tempus, donatum alii reſtituatur, ueteris iuris authoritate reſcriptũ eſt, ſi is, in quem liberalitatis compendium conferebatur, ſtipulatus non ſit, placiti fide non ſeruata, Donato-

ri,uel hæredibus ſuis,condictione ob cauſam,perſecutionem competere; Benignitate iuris autem, illi cui donatum reſtitui debebat.l.quotiens.C.de dona.que ſub mo. Ad idem,quidam hæredum nomina induxit, bonaq; eius,ut caduca,a fiſco uendicabãtur.dubitatum eſt, quid de legatis.Inquit tex.alibi,in hac re dubia,benigniorem interpretationem ſequi,non minus iuſtius, quàm tutius eſſe,in l.proxime. ff.de his quæ in teſta.del. Ad idem ſi nomen legetur,benigne accipiendum eſt,id quod debebitur,ut actiones aduerſus debitorem cedantur.l. ſeruum filii.§.eum qui cyrographum.ff.de lega.i. Ad idem, ſi confiteatur quis,ſe debere,iuſtam autem afferat cauſam præſtari non poſſe; puta,quia ſeruus hæreditarius ſit, pater,uel mater,uel frater,benigna interpretatione receptum eſt,ex hac cauſa,æſtimationem præſtare poſſe, hoc idemq; officio iudicis non negari.l.ſi domus.§. in pecunia.ad fi.ff.de lega.i. Ad idem,ſi quis non ab hærede,uel legatario,ſed ab hæredis,uel legatarij hærede,fideicommiſſum reliquerit,relictum benignitatis iure ualebit,l.ſi fuerit.ff.de lega.iij.& mille ſunt huiuſmodi,nõ referenda. Sed annotatu dignum eſt,perpetuaq; obſeruatione memoriæ commendandum,quòd huiuſcæ benignitatis ratio habenda eſt,maxime in cauſa fauorabili, puta matrimoniali,& ſimili.c.ex literis.de reſti. in inte.quodq; lex ſic loquens,non eſt ad alium caſum extendẽda.d.l.ſi domus.§.cum alicui,in ratione ſui ff.de leg. i.c.ſuſceptum.de reſcrip.in yi.tradit Io.And.in c. ij. ut lit.penden.eo.lib.

OBSERVATIO LXXXV.

De beneficio diuiſionis epiſtolæ diui Adriani.

Beneficium diuiſionis epiſtolæ diui Adria*ni, multiplex eſt, & potisſimum locum habet inter plures fideiuſſores, ut actio diuidatur, quamuis ex eis aliquis inſolidum obligatus ſit, nec poßunt, niſi pro uirili portione conueniri. l. fi. C. de conſti. pe. l. iii. ff. de fideiu. §. ſi plures. Inſti. eo. & eſt fauorabile, ſecundum* Bal. *in l. cum quis. in ulti. col. C. de iu. & fac. igno. &* Bar. *in l. i. in fi. ff. de cōdictio. inde.* Habet *item locum inter plures tutores, & procuratores. l. i. §. nunc tractemus. ff. de tu. & ra. diſtra. Item & inter plures depoſitarios, uel commodatarios, qui tutoribus æquiparantur. l. i. §. ſi apud. ff. depo. tradit* Bar. *in l. reos. in. iiij. q. ff. de duo. re. cum declaratione tamen, ut uerum ſit, ſi conſtet omnes eßſe ſoluendo, quoniam alias dictum beneficium ceſſaret, ut in d. locis. & per* Bar. *in. l. in duobus. in. §. ubi duo. num. xiiij. ff. eo. ubi etiam quid in beneficio diuiſionis, ex conſtitutione noua, de duobus reis, numer. x. & ſeq. Sed quid, in curatoribus, qui dantur bonis?* Dic *inter eos, dictum beneficium locum non habere. ita* Bar. *in l. ij. in §. fi. ad fi. ff. de cu. bo. dan.*

OBSERVATIO LXXXVI.

De blaſfemia.

Quid ſit blaſfemia dicant theologi, ut infra. Tu uero interim, quod in Dei, communisq; iniuriam fertur ſi quid in religionem diuinam blaſfemando committatur. l. manicheos. C. de hære. ita ut principi cura diligẽs omnibus modis mandata etiam uideatur, eam pro poſſe tueri. l. i. C. nemi. li. ſi ſal. tradit. plene. Ancha. in conſil. cxcvi. incipi. magnifice. ad fi. imò quòd hoc ipſum eccleſia iudicat, & multo quidem magis, ſi iniuria irrogata in perſonam, uel rem eccleſiaſticam, eſt de foro ipſius ex quo ut diximus, eſt in Deum, ad cuius cultum omnia ſunt deputata; authen. multo magis. C. de ſacroſanc. ec. & ita Ancha. probat in d. conſil. & in conſil. xv. incip. ſpiritualis in prin. Qui dicit etiam in conſil. ccccxvi. in cip. plures in. ij. col. quòd blaſfemus non admittitur ad teſtimonium perhibendum ex quo fidelis hominibus eſſe nõ põt qui infidelis fuit Deo, et bene; c. non põt. ij. q. vij. c. qui ſine. c. in grauibus. iij. q. vij. & ad materiam ſciendum eſt, quòd blaſfemia non eſt maleficium, ſed maledictum. l. fi. & ibi Bal. C. de cri. ſtellio. Maledictum uero non ſolum uerbum blaſfemiæ, uerum etiam omne uerbum importans contumeliam. & ſic faciet iſtud contra eos, qui blaſfemant Deum, ſecundum eundem Bal. in Li. C. ſi quis impe. male. Et uerè (ut inquit Augusti.) omne

peccatum blaſfemiæ comparatum, mitius eſt. Ingratiq́; homines, quibus Deus optimus maximus benedixit, tot, tantaq́; beneficia contulit, ipſum quotidie blaſfemant, haud conſyderantes impoſſibile eſſe, facinus tam magnũ tamq́; impium ſcelus, impunitum minimè relinqui poſſe. Nam dixit Hely filiis, ſi peccauerit quis in uirum, placari poteſt ei Dominus; ſi autem in Dominum, quis orabit pro eo? quaſi dicat nullus. i. Reg. c. ii. & hinc eſt, quòd hi lapidabantur à populo, lege ueteri, extra caſtra. Vt filius Iſrahelitæ mulieris, præcepto Domini, in deſerto, quia nomen ipſius blaſfemauerat, Leui. c. xxiiij. à filiisq́; Senacherib, Aßyriorum Rex occiſus; ut iiij. Reg. c. xix. ex quibus planè elicere licet, blaſfemiam, ſecundum theologos, nihil aliud eſſe, niſi contumeliam illatam deitati. Quod contingere poſſe tribus modis declara; quum attribuitur Deo, quod ei nõ conuenit; quum negatur quod ſibi conuenit; & quum denique attribuitur creaturæ, quod ipſius creatoris eſt proprium. & ſeruit ad ea, quæ tractantur per Soci. in l. i. in §. ſi uir. in prin. ff. de acqui. po. & in conſil. cij. incip. in præſenti. in ii. col. in i. uol. cuius meminit etiam Alex. præceptor in conſil. xv. incip. Viſo proceſſu. in prin. in iij. uol. ſi quis dixiſſet, ut hebræus ibi, Deũ certũ quid facere non poſſe; an ſit blaſfemia. et plus, q̃ hæreſis crimen ſapit, ſi ſciẽter, et appẽſatè cõmitatur, itereturq́; ſæpius; ita ut eccleſia blaſfemia lædatur, ſicuti hæreſi; quo crimine nihil ẽ deteſtabilius. c. p tuas. §. hæc omnia. ad fi. de Symo. et tradit ad propoſitũ Calde. in cõſi. ij. inci. Iudæus. in prin. de Iudæ,

OBSERVATIO LXXXVII.

De Bononia, deq; Bononienſibus.

Bononia, ciuitas regia eſt, quã Theodoſius, *beati* Ambroſii *iuſſu, ædificauit; ut in ipſius legenda reperitur, quæ eſt apud* S. Victorem, *ubi* Bar. *ſtetit multo tempore, ibiq; ſtudijs operam dedit; quod quidem teſtatur in proœ. ff orum, in §. hæc autem tria. in prin. et amplius, q; eſt ciuitas, in qua iura docentur, doceriq; de iure poſſunt, & ex priuilegio quidem.* Patauij *autem, ex conſuetudine; quæ tamen, cum tanti temporis fuerit, cuius initii memoria haud extat in contrarium, uim priuilegij, & conſtituti habet. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti. l. quiſquis. C. de ep. & cle. c. ſup quibuſdam. §. præterea. de uerbo. ſi.* Alibi *glo. ad propoſitum, eam, etiam legum nutricem appellat, in. l. fi. C. de teſta. & ſi quandoque aratrum paſſa fuerit, &* Imperatoris Henrici *ſentẽtia; poſtea tamẽ, ipſius indulgẽtia, reædificata. qđ & ſupra teſtatũ reliquimus, libro* viij. de Brixia *loquẽtes; poſt* Abb. *in c. dilectus. in* iii. *col. de* Symo. & Bar. *in. l. aut facta. in §. nonnunq̃. in* iij. *pariter. ff. de pœn. Dicitq;* Bal. *alibi, q; eſt ciuitas inclyta, quodq; ei priuilegiũ, de quo ſupra debitum eſt, propter nobilitatem. Item quòd eſt mater legentium, & quòd denique cõſuetudo eius, uerſa eſt in naturam, in d. §. hæc autẽ tria. in prin. Et alibi* Archid. *in c. conuenior, in* ii. *col.* xxiii. *q.* viii. *q; à* Theodoſio *quoq; deſtructa eſt, eaq; de re, ip=*

ſe excommunicatus. & quòd primo ortu Bononia; poſtea Theſalonica; demum & ultimo Bononia rurſum appellata eſt. Bononienſes ēt laudem habent qualem qualē, ut ſemp carrocio adhæreāt. l. omnis diffinitio. et ibi glo. ff. de regu. iu. reprehenſionemq́; merentur in aliquo, q, libenter diſsimulent, aliud in ore, & aliud in corde gerant, & quòd denique honore uerbali utantur. l. ſi uero non remunerandi. §. cum quidam. ff. manda. l. obſeruandum. ff. de offi. Sed pace Accurſii dixerim, noui eos, cum quibus mihi aliqua familiaritas interceſsit, morum elegātia tales, quales poſsint ab omnibus deſiderari; Idemq́; in ore gerentes, quidquid dicatur, quod in corde, & qui non ſolum uerbali, uerum etiam reali, imò & regali honore utuntur. Hoſpitales inſuper, benefici, amabiles, qui protectionem omnium libenter ſuſcipiunt, ac tutelam, & breuiter (ut fama etiā eſt,) non minus re ipſa, quàm uerbis, liberales, munifici, magnanimi, & Cæſaribus facile comparandi.

OBSERVATIO LXXXVIII.

De bello.

Nulla fides, pietasq́; uiris, qui caſtra ſequuntur. Igitur nō mirū, ſi ſemp bellū appetunt, nos autē dulciſsimū pacis nomē, qđ os cōponit, ut auia mea ſæpiſsime dicere ſolebat; ubi alias bellum ipſum deturbat; ex quo inde multa oriuntur mala. l. i. & ibi Iaco. de S. Geor. in

prin.C.de cadu.tol.non eſt expoſitum cantilenis philomenæ, & nunc iſtum, nunc illum occidit gladius, Dauid etiam teſte, quem refert Bal.in c.i.in prin.in iii.col. hic ſi.lex D.Fed.in uſib.feud. ii. q; Reg.c. xi. legitur. latè Ancha.in conſil.clyiii.incip.ex narratis.in ii.col.dicens plus, quòd authores tot ſcelerum, quæ belli calamitas introducit, obligantur, et bene.l.quoniam multa.C.ad leg. Iul.de ui pub. c.ad apoſtolicæ: de re iud.in vi. Bellum quoque ob hoc, cauſa remota dicitur; pax uero, proxima. l.in bello.ff.de capti.& poſt li.re.tradit.Areti.in cõſil. xiiii.incip.uiſo.in v.col. & ſi quid in eo acquiratur, acquiſitio naturalis eſt, & de iure gentium, dummodo iuſtum ſit, quoniam alias iniuſtum præſumitur.l. naturalem.§.fi.ff.de acqui.re.do.l.ſi captiuus.§.fi. ff.de capti. l.i.C.ut armo.uſus.lib.x.tradit.Bal.in l.ii.C. de ſer.& aqua.& latè Areti.in conſil.præallega.in iiii. col. qui Bal.etiam in c.dilectis.in ulti. de ap. dicebat, referendo Ariſtotelem, q̃ re uera ultimum opus eſſe debet, quodq; ſimile eſt uiperæ, quæ parit, & multo quidem gemitu, antequam id faciat, & præcipuè quia eius euentus dubius eſt.l.quis ergo caſus. ff. de pecu. Ancha. in conſil. cclxxxv.incip.tria.in ulti.col.Ange.in diſpu.incip.exorta guerra.in v.& Varius.ii. regum.c.xi. allega.etiã ſupra, & ſi fuerit inteſtinum in ciuitate, eſt ſicuti uermis ingreſſus in caſeo, qui nunquam ceſſat rodere. Et ad propoſitum, de quo ſupra, ſcias licitum eſſe, ſi Princeps uel populus indixerit; uel reſpub.uel maior ſubditis, cum ipſius Principis tamen licentia, ſi copia haberi poſſit.l.

hoſtes.ff.de capti.c. Domino guerrã. hic ſi. lex cor.in uſib.ſeu.& ut latius declarat Bar. in l.ex hoc iure. in prin.ff.de iuſti.& iu. Et Bal.alibi,quòd eſt triplex deſenſionis,recuperationis,& inuaſionis; quodq; primum licet de iure,ſecundum, & tertium minimè,in d.l. ii. in xii.col.C.de ſer. & aqua.& bene; probaturq; apertè, in l.iii.in §.cum igitur.ff.de ui & ui arma.et in c.olim. de reſti.ſpo.& in.l.prohibitum(ſingula ſingulis referẽdo)ff.de iu.fi.& ut latius in loco prægallega.Vel dic aliter,quòd primum Romanum ſit;ſecundum iudiciale;tertium præſumptuoſum;quartum licitum;quintum temerarium;ſextum uoluntarium;ſeptimum & ultimum,neceſſarium,ac iuſtum.Romanum, eſt quod faciunt fideles cõtra infideles. Iudiciale,quod fit Iudicis authoritate, legitimè habentis merum imperium. Præſumptuoſum,quod faciunt,Iudici inobedientes. Licitum,quãdocunque fiat authoritate iuris,quo ad illum cui conceditur. Temerarium,quo ad illos,qui hoc faciunt contra iuris authoritatem. Voluntarium,ſi propria authoritate, quis gladium accipiat.Neceſſarium & iuſtum, quod faciunt fideles,defendendo ſe iuris authoritate, cõtra impugnantes uoluntariè.ita Archi.& longe latius,in c.iuſtum.in i. & ij. col.xxiij.q.ij. Alij contractius locuti, hoc ipſum in duo genera diuiſerunt;unumq; eſſet Imperatorum libido;alterum patriæ tuitio;& placet. Bellum adhuc fugiẽdum eſt,quia tendit ad famem,ſecundum Bal. in l.ij.in ij. col. C.de pat.qui fil.diſ.& quia ordinata non quærit;Unde Archidamus,interrogantibus, quãtum pecuniarum ſo-

ret ſatis ad bellum Peloponēſiacum, hoc idem ſcienter reſpondit, bellum ſcilicet ordinata non quærere. Sed quare pacis tempore Iani templum aperiri; claudi uero, bello indicto, ſolebat? clauſum enim eſt olim à Tito Manlio cos. ab Auguſto, & Nerone. Sol. quia Romulo contra Sabinos pugnante, ex eo erupit loco, ubi templum ipſum eſt, aqua ebulliens, quæ exercitum Sabinorum fugauit; hæcq; claudendi fuit ratio; aperiendi autem quaſi auxilij priſtini ſpecies uideretur.

OBSERVATIO LXXXIX.

De bonorum poſſesſionibus.

Quid ſit bo. poſſeßio, clarè liquet, quotuplex, & quo iure inuenta, ut in l. iij. in §. bonorum. ff. de bo. po. & Inſti. eo. titu. in prin. & in. §. ſunt autem. ideo non declaro aliter, ſed ad materiam tantum addo, q; bo. po. quædam ius tribuunt, quædam uero factum. Ius, ſecundum tab. & contra tabu. quæ ſunt ex teſtamento. Deinde unde liberi, Vnde agnati, Vnde cognati, Vnde uir & uxor, quæ ſunt ab inteſtato, & ſeptima etiam extraordinaria, de quibus in d. §. ſunt autem. Factum uero, carboniana, uentris nomine, & gratia litis agnoſcendæ, de quibus adhuc in d. loco, & clarius in l. poſthumus. in §. fi. & ibi per Docto. ff. de inoffi. teſta. Sunt etiam duæ aliæ, quarum prima edictalis, ſecunda uero decretalis appellabatur; edictalis, quæ ab edicto Prætoris mortui;

Decretalis autem, quæ à decreti uiuentis interpoſitione, proficiſcebatur; habentes tamen ſe, ut materia & forma, ſiue potentia & actus, dixiq́; ego late in rub. C. qui ad mi. & ibi ꝙ hodie tamen una eſt tantum, iudicialis ſcilicet, ex quo decretum non requiritur. l. fi. C. eo. & dictu mirabile uidetur, ꝙ contra tabu. teſtamentum ſubuertat, & nihilhominus ex teſtamento dicatur ut ſupra, fortè, quia ſi non eſſet teſtamentum, non daretur, & quia donec ipſa intentatur, ceſſat ſecundum tab. ut in d. rub. declarauimus. Bo. po. contra tabu. etiam hodie neceſſaria eſt, & illa pariter unde uir & uxor; aliæ non, ſed uoluntariæ. §. fi. & ibi glo. Inſti. de bo. po. l. certum. et ibi plenè per Docto. C. unde legi. Approbatq́; teſtamentum, tãquam factum, non tanquam bene factum. l. poſthumo. & ibi Bar. in i. col. C. de bo. po. contra tab. Et ſi detur in bonis liberti patrono præterito, concurrit cum ſecun. tab. ſed non contra tab. quæ datur liberis. l. i. & ibi Bar. adhuc rationem aſſignat. C. de bo. po. contra tab. Subijciẽs ꝙ ſecundum tab. & contra tab. concurrunt ubi inſtitutus & præteritus ſunt in eodem gradu. Contra tab. rurſum patrono competens, non anullat teſtamentum totum, ſed aufert legitimam tantum, ſecus uero in filio. quod idẽ Bar. in l. i. C. unde lib. not. & in d. l. poſthumo. in ij. col. Facilius etiam bo. po. conferri ſolet, quàm hæreditas. l. ij. §. ſi ſub conditione. ff. de bo. po. ſe. tab. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hæ. l. i. C. qui admi. Sed non tamen ut dari poſſit pẽdente dubio, an teſtamentum ſit falſum, nec ne. ita Bar. in l. ij. in fi. C. de bo. po. ſe. tab. Non

deſiderat etiam aperturam tabularum,ut hæreditas.l.i. §.ſufficit.ff.de bo.po.ſe.tab. eſtq; uoluntariæ iuriſdictionis;contentioſæ autem, ſi contradictor appareat,ſecundum Iaſ.*in.l.i.in ij.col.*C.*de bo.po.ſe. tab.* Ad *idem,inuenitur quoque bo.po.ſecundum nuncupationem, quæ datur hæredi ſcripto in teſtamento nuncupatiuo, & contra nuncupationẽ,q̃ datur cõtra teſtamentũ nũcupatiuũ, præterito in eo,ſicuti cõtra tab.& ſecũ.tab.in teſtamẽto inſcriptis.l.i.*C.*de bo.po.cõtra tab.lib.l.ii.*C.* de bo.po. ſe.ta.& ſpecialiter haud eſt ignorandum, ꝙ alia unde liberi,nõ habet locum, neque datur in bonis maternis;nec illis,quibus non datur bo.po.contra tab.contra uero ſic, ut idem* Bar.*inquit in.l.unica.in ii.col.* C. *quando non pet.par.& in.l.qui ſe patris.in fi.*C.*unde libe.*Subiiciẽs *etiam,ꝙ eſt dare bo.po.unde parentes,quæ utilis eſt unde liberi.* Et *alibi* Iaſ.*alias diſcurrentes,ꝙ bo. po.in caſibus,de quibus in l.fi.*C.*unde legi. neceſſario non deſiderabitur ſi teſtamentum fiat in conſpectu* Principis,*in.l. omnium,ꝑ illum tex.in pe.col.*C.*de teſta.* Et *alibi* Roſ. *in titulo de bo.po.unde legi.in prin.ꝙ bo.po.unde legitimi generalis & ſpecialis eſt;ſpecialis unde agnati; generalis,unde legi.quæ datur omnibus uenientibus ad ſucceſſionem ab inteſtato.* Et *alibi* Bar.*in d.l.i.col.ii.præallega.*C.*quando non pet.par. ꝙ unde legitimi nunquam locum habet,ubi quis eſt in primo gradu.* Diuidit *etiam eam* Odof.*alibi in d.l.i.in iiii.col.*C.* qui admit. in profectitiã, et aduẽtitiã,ut profectia ſit,q̃ defertur filio contẽplatione patris;aduẽtitiã,q̃ prouenit aliunde.et probatur*

in l.profectitia.ff.de iu.do. & in l.ſed ſi plures. in §. in arrogato.ff.de uulga.& pup.ſub. Sed quare eſt, q̄ bo. po.ſecundum tab.eſt de iure prætorio, & tamen datur in teſtamento in ſcriptis,quod eſt de iure ciuili? Similiter unde uir & uxor,eſt huiuſmodi, & tamen datur ſuccedentibus de iure ciuili.Sol.tu per Iaſ. in authen.præterea.in iiii.col.C.unde uir & ux. Et ad illam unde legitimi redeuntes,dic,cum ſit ab inteſtato, q̄ non concurrit cum ea,quæ eſt ex teſtamento à principio, ex poſt facto autem ſic.l.ſed cum patrono.ubi Bar. in prin. ff. de bo. po.& eſt argu.in l.circa. ff. de inoffi. teſta. Quodq; alia, gratia litis agnoſcendæ, non eſt neceſſaria filio emancipato exhæredato etiã hodie,q̃a differẽtia emãcipationis, & patriæ poteſtatis, ſublata eſt ab inteſtato tantum,non condito teſtamento ut latè dixi in authen. ex cauſa.C.de lib.præte.multa Iaſ.in.l.fi.in iiij.col. C. unde legi.Bo.po.contra tab.adhuc, rumpit teſtamẽtum patris,quo ad effectum,& tamen non rumpit ſubſtitutionem pupillarem.l.ex duobus.§.etiam. & ibi Bal.in prin.ff.de uulga.& pup.ſub. Reſcindit item teſtamentum ſola agnitione; quod tamen non eſt ſic in querela, ut tradit Alex.in l.fi.in i.col.C.qui admi. nõ quòd non concurrant.l.illud.in prin.& in §.i.ff.de bo.po.contra tab.diſputat idem Bal.in l.pater filium.in i.lectu.in ij. col.ff.de inoffi.teſta.Qui dicit etiam alibi, quòd bo. po. petere,eſt potius impetrare,quàm agere,in l.i.in vi.col. citata etiam ſupra.C.qui admi.ita ut nec actio,nec officium iudicis ſit,eodem teſte in rub.C.eo.in ij.& mirum

uidetur, quòd contra tab. plerunque in ſecun. tab. conuertatur, & è contra. l. nonnunquam ubi caſus egregius, ff. de lega. præſtan. trado ego multa in d. l. poſthumo. ædenda in dies cum alijs. C. de bo. po. contra tab. & quia materia ampla eſt, his contentus tranſeo.

OBSERVATIO XC.

De Barbitonſore.

Barbitonſor regulariter & uoluntarie ſanguinem extrahens alicui, non comprehenditur à ſtatuto pœnam imponente ipſum abſtrahentibus de manu dextra alicui, ſecũdũ. Bar. *in l. i. in fi. C. de agrico. et cẽ. lib. x. & fuit quæſtio* Raynerij *(ut ipſe teſtatur)* Bononiæ *honorificentisſime diſputata; tetigiq; ego etiam in c. paſtoralis. in ij. col. de cau. po. & pro. & bene; eſtq; argu. ultra, in l. i. in §. uſque adeo. ff. de iniur. Conſyderando adhuc, uerba ſano modo intelligi debere, & ſecundum ſubiectam materiam, nec aliter, niſi de abſtrahentibus iniurioſe, & maleficium committendo; ubi alias hoc beneficium eſt quam maximum, & remedium quidem ſalutis cauſa adhibitum, ita ut mihi indubitabilis ſemper uiſa fuerit. & ad* Barbitonſoris *propoſitum, quia certũ eſt ipſius artem uilem fore. l. i. C. de excu. ar. l. ne quis. & ibi not. C. de digni. lib. x.* Dubito, *quid ſi eſſet barbitonſor principis, nunquid habeat dignitatem.* Sol. *ſi princeps eſt, ſuperiorem non recognoſcens, habet abſq;*

dubio l.i.C.de præpo.labo.l.i.C.de domeſ.& protecto. lib.x.l.omnium.C.de teſta.alias non,ut per Bar.in d.l. i.in ix.col.C.de digni.Vel dic,ad conſuetudinem eſſe recurrendum,quæ in hac materia,magis quàm lex inſpicienda eſt,ſecundum eundem Bar.in d.loco.in fi.ex quo inferri poteſt ad alias.q.q.de coquo,& ſimilibus de quibus ego etiam dixi in rub.ff.de offi.cius. & ita in terminis Fran.de S.Naza.decidit in delphino, in conſil. xxvi.incip.allobrogum.in iij.col. lib.ij. Vtilitasq́; reſultabit ex hoc,quia ſi dignitatem habet, & nobilis ſit, a collectis,& alijs oneribus excuſabitur, eritq́; immunis, ſin autem non l.iij.§.i.ff.de mu.& ho.l.non tantum.§.i. ff.de excu. tu. & ut latius in d.conſilio.

MARCI MANTVAE BONAVITI, PATAVINI

Iuriſcon. publiciq; matutini interpretis, Obſeruationum,

LIBER DECIMVS.

OBSERVATIO XCI.

De burgo,

QVONIAM *de burgo, ſiue de burgis, ſæpe fit mentio, his inſerere etiã oportunum erit, an dicãtur pars ciuitatis, cohærens. & breuiter teneas, quod ſic, etiã quod ſint extra muros, quodq; habitans in eis habitare dicitur in ciuitatem. quoniam idem iudicamus de parte cohærenti, quod de ea cui cohæret. l. quamuis. de preca. l. quæ religioſis. ff. de rei uen. & quia ille qui prope eſt, coram eſſe uidetur l. præſens. & ſeq. ff. de procu. & utrobiq;* Bal. *l. eum, ubi caſus expreſſus. C. de fun. reipub. lib. x. l. ſi hæres. §. uicis. ff. de lega. i. l. ii. ff. de uerb. ſi. c. dilecta. de exce. prælа. c. ſi ciuitas. de ſen. excom. in YI.*

OBSERVATIO XCII.

De brachio ſeculari.

Brachium ſeculare, pro exequutione iuriſdictionis eccleſiaſticæ, debet inuocari, quum neceſſe eſt, & ordine quidem iuris ſeruato, ac etiam quando remedia ipſa eccleſiaſtica deficiunt. c. i. c. quoniam. de offi. ordi. c. cum non ab homine. de iudi. c. i. de ſta. mo. in vi. c. inquiſitionis. de hære. & hoc in ordinario, quia delegatus nõ poteſt ipſum inuocare, ſine ſpeciali mandato, ut in d. c. inquiſitionis, Archi. not. & Fede. de ſen. in conſil. ccli. incip. Iacobus de Cremona. in fi. & de delegato, Ioan. Andr. in c. ut officium. in fi. de hæred. in vi. ubi teſtatur amplius, quòd ita ſeruat curia. latè Abb. in c. ſignificaſti. in ulti. col. de offi. dele. & ad propoſitum, quòd poſſit inuocari ubi eſt neceſſe, facit quia etiam è contra, ſecularis plerunque brachium eccleſiaſticum inuocat, duoq; gladii iſti, debent ſe inuicem iuuare. c. dilecto. in fi. de ſen. excom. in vi. c. cum ad uerum. xcvi. diſt. & in not. q. firmat Bellen. in tracta. de charita. ſub. in lvi. q. incip. deſcendendo. per totum.

OBSERVATIO XCIII.

De beneficio.

Multa de beneficio dicuntur in c. i. de regu. iu. in vi. Adde aliqua, & maxime, quòd non datur ſub conditione, neque ad tempus. c. quam pio. i. q. ii. c. quam=

uis.vii.q.i.ſicuti nec moribus noſtris conuenit habere filium temporalem.l.quæſitum.ff.de adop.l.actus legitimi.ff.de regu.iu.ſimileq; eſt in libertate,hæreditate,& eiuſdem generis pluribus.l.libertas ff.de ma.teſta. §.hæres.de hæ.inſti.& not.in c. paſtoralis ſupra allega. can.vij.q.i.& in c. ueniens.ubi Abb. in ulti.col.de fil. presby.& ad propoſitum etiam ſciendum eſt, perpetuum eſſe debere,ut dicatur reſeruatum in caſu regu. cancell.iij.incip.Item reſeruat generaliter. & ibi glo. in ij.col.& de materia alias in c.præcepta.lv. diſt. & in c.ueniens.de fil.presby.& in c.i.de cap.mo.in vi. & ſi litigioſum fuerit,impetrari non poterit.c.i.& ij. ut lit.pen.in vi. tradit glo.in regu.can.ut ſupra lxij. incip.Item uoluit & ordinauit.in iij.col. uacat item in curia,ſi per procuratorem ad hoc conſtitutum renunciatum ſit,licet ibi conſtituens non reperiatur.l.qui abſenti.ff.de acqu.po.l.cum furioſus.ff.de iudi. declarat Io. And.in c.ij.in prin.de præbē.in vi.plus dicit Ro. quòd reſignatum in curia,cenſetur ibi uacare,& in omni loco,in conſil.cccxlij.incip.quo ad primum.in ii.col.& nota,quòd reſignatio pure,& ſimpliciter fieri debet,utſupra;& nouisſime probatur etiam in c.ex parte.de offi. deleg.teſtaturq; idem Ro.in conſil. ccclix. incip. quia beneficii reſignatio,in prin.quodq; beneficia uacant,altero de tribus modis,morte,renunciatione,uel permutatione.c.i.ne ſede ua.c.unico,de renun.in vi.c.ſi propter. de reſcrip.eo.lib.& ubiq; not.et ꝙ denique non habent ſucceſſores,c.ex tranſmiſſa.de fil.presby.tradit Abb.in

c.ſignificauit.in ulti.col.de reſcrip. Verum dubito,ſi nō ſubſit iuſta cauſa,an plura beneficia poſſint tuta conſciētia retineri,cum diſpenſatione. Idem Abb.in c.ex tenore. in fi.eod.tit.concludit,quòd non, & bene, intelligendo de incompatibilibus iuxta not.in c.de multa. de præb. Ad idem dubito,nunquid appellatione beneficij, omne comprehendatur; & reſpondeo,quòd ſic,largo ſumpto uocabulo.d.c.i.de regu.iu.in vi.cum not.ibidem. Stricte autem,nec curatum,nec præbenda canonico conferri ſolita,ſi in eccleſia maximè ſint alia beneficia ſimplicia.c. cum illis.de præb.in vi.c.poſtulaſti.& ibi idem Abb.in iii.col.de reſcrip.aliquid in c.in noſtra.in prin.eo.titu. & per Rotam,in deci.ſuis no.ccxlvii.incip.habens gratiam. Item et tertio,an ſi renunciatio fiat,ut beneficium alteri detur, ſymoniaca ſit; & dico,quòd non, niſi deducatur in pactum.glo.eſt not.in c. ordinationes.i. q.i. & in c.ex parte.de offi.del.& in c.dilecto.de præben. & remisſiuè ſenſit Abb.in c.ad audientiam.in iii. col. de reſcrip.Sunt etiam beneficia menſalia, quæ non dicuntur uacare;& de his in cle.ne in agro.in §.ad hæc. de ſta.mo.& in c.paſtoralis.de priui.& per D.de ro. in deci.ſuis no.cclxxiii.incip.fuit dubitatum.ad fi.& eſt utilitas,ut ibidem;quia hæc non dicuntur uacare. & quæ regulariter conceduntur in proprietatem,& titulum concedi debent; ex quo poſſeſſionem dare, ſpectat ad epiſcopum,& etiam ad alium inferiorem.c. ad hoc. c.ut noſtrū.de offi.ar.tradit Abb.in c.paſtoralis.in ulti.not.de priui.& exce.præla.& quoniam in materia

omnis uacatio diuturna,eſt periculoſa,beneficiales cauſæ expediri debent,ita ut nec concluſio deſideretur,multaq; eo prætextu,ac in eis ſtatuantur ſpecialiter,quæ in aliis haud ſunt regularia.c.quam ſit,de elec.in vi.c.ſtatuimus.eo.tit.& lib.clem.ſæpe.§.alias.de uerbo.ſi.Probant D.de ro.in deci.ſuis lxxviii. incip. cum poſt. & ccxlv.incip.licet.& v.incip.ſi poſt.in prin.& ccclxxv. incip.fuit dubitatum.in nouis.& hac de re non mirum eſt,ſi facile deuoluuntur ad curiam,ubi melius,& citius quàm alibi expediuntur,quod & ipſi adhuc teſtantur, in deci.cccxvi.incip.ſi poſſeſſor.Non tamen ut Cardinalibus ultra ſummam flo.lx.de camera, committantur, quia reſiſtit lex & conſtitutio, quæ omni anno.i.die Octobris publicatur,ut in rub.de reſcrip.in v. col. poſt Paui.in tracta.de ſede uacan.teſtatur Feli.Siquis etiam impetraret beneficium uacans,debet intelligi per mortem, uel per renunciationem,uel per uxorationem; uidenda tamen eſt glo.in c.ſuſceptum.de reſcrip.in vi. & Bal.in l.ſiquis ſic.in prin.ff.ſol.mat.& ſi clericus beneficiatus remoueretur à Papa,tanquam ſuſpectus, Papa etiam beneficium conferret,ſi autem condemnaretur ad perpetuas carceres, tunc collatio ſpectaret ad ordinarium,ut poſt Inno.in c.qualiter & quando.de accuſa.inquit idem Bal.in l.ſi quis ſub cõditione. in ii.col.ff.de teſta.tu.Beneficium quoque datur propter officium; & ideo,qui non dicit officium,non debet habere fructus beneficii.l.Nenſennius.ff.de excu.tu.l.i.& utrobiq; idem Bal. per d.iura.ff.ubi pup.edu.de.& ſi ſecundum euacatur

catur ſine culpa alicuius primum recuperat, eodem teſte in l.ſi ſub hac.ff.de inoffi.teſta. Nec uacat primum per acceptationem ſecundi,ſi acceptatio effectum ſortita non fuerit,inquit idem met in l.nihil,in §.i.ff.eo.& alibi,quòd habens beneficium, nomine,& non re, haud tenetur aliud impetrando, de primo mentionem facere in l.ſi is qui.in §.fi.ff.de excu.tu.Beneficia unita etiam unum dicuntur, ſicuti patrimonia coniuncta.l.ii. §.fi. ubi idem Bal.ff.de excu.tu.& idem in habente duas eccleſias,ait in l.libertum.ff.eo.Et alibi, quòd qui permutat beneficium magnum cum paruo,id ipſum facere præſumitur in fraudem expectantium, in l.ſpadonem. in §. fi.ff.eo,et illum tex.ad hoc dicit not.Et alibi quòd trãſlatus ad alia beneficia, non tenetur ad onera primi, & eſt rationabile in l.non ſolum.in §.fi.ff.eo.& ſi duobus beneficium,ſub eadem data , collatum reperiretur, conſulendus tunc foret Papa in hoc dubio, cuius collatio præualere deberet.Ita Io.And.in c.ſi à ſede.de præben. in vi.Et Abb.in c.ſane.i.de offi.dele.in i.not. Qui docet etiam alibi practicam impetrandi gratiam,ſi Titius uelit renunciare beneficio ſuo, ut impetranti ſic renunciatum conferatur,in c.ex parte.i.in prin. eo.titulo. Poteſt etiam beneficium ex conſuetudine, naturam antiquã perdere,& nouam aſſumere.c.cum de beneficio. de præben. in vi.& in not.caſu ponit Fede.de Sen.in conſil.cxxxii. incip.quædam.in i.col. & laicus procurator cõſtitui ad acceptandum beneficium, cum declaratione tamen,ſi ultra mandatum dicatur,ad acceptandum tale beneficium.

Ita Bal.*in c.decernimus.in iii.col. de iudi. Eſt uerum,*ꝙ *beneficium conferendum,à iam collato differt;quia cauſa primo caſu,nõ dicetur liberalis;ſecũdo uero ſic.l. iuxta: et ibi idẽ* Bal.C. *de lib.cau.* Et *ſi aliquando fuit curatũ, poſtea rectũ ſine cura,tunc pro nõ curato habebitur, & è cõtra.l.mela.§.i.ff.de ali. & cib.lega. l.ſi mater . ubi idẽ* Bal.*adhuc.*C . *ne de ſta.defun.* Et ꝙ *puritas in ipſis deſideretur; quodq́; uerbum hoc largè ſumatur ut ſupra nouiſſimè tradit ẽt* Arch.*in c.nullus.in ij.col.i.q.i.et* Bel *lẽ.in trac. char.ſub. in lxxiij.q.inci.an decima* Papalis. *in prin.* Priuatur *aliquãdo quoq; quis beneficio; ſed nota,ꝙhoc idẽ fieri nõ debet facilè,ſed pro graui culpa.c.inuentum.xvi.q.vij.& per* Abb.*in c.i. in iii. col. de iudi.* Solet *etiam quæri , an commendatum poßit permutari, & dici,ꝙ ſic,iuxta not.in c.nemo.de elec.in vi.& bene, ſi perpetuum ſit,non ſi temporale,ut in d. loco , & not.* Gamma.*in tracta.de re.permu.in xxxvii.col.* Mirabilis *caſus ad idem & in materia inducitur, ſæpißimè contingens,ꝙ fructus beneficii ex cauſa, inter duos diuidi poſſunt, ubi alias, quo ad titulum,beneficium indiuiduũ eſt. c.propoſuiſti.& ibi* Abb.*de fil.præsby.* Item ꝙ *quando petitur beneficium conferri, officium* Iudicis *quodammodo imploratur,ita* Bal.*in authen.litigioſa.C.de litigio.* Subiiciens *his caſibus quoque , litigioſi uicium non contrahi,quod tamen non firmo ut ſupra.*Sed *an ſimplex, et ſine cura,poßit conferri canonico regulari.* Solue,ꝙ *nõ. c.ſuper eo.de reg. tenuit* Areti.*in conſil.vii. incip.procedendum.in i.col.*Nec Monachus *, uel canonicus regula=*

ris, poteſt præfici beneficio ſimplici, niſi ex diſpenſatione Papæ, ut in d. loco, & per Abba. in c. quod Dei. & in c. regulare. de ſta. mo. alia non ſcribo, uidenda in tracta. de beneficio, his & aliis de quibus ſupra à me alio tempore, & alibi uiſis.

OBSERVATIO XCIIII.

De cauſa.

Cauſa, una eſt ex ſeptem requiſitis, quæ ſemper conſyderanda ſunt, & maximè in delictis, ponunturq́; in. l. aut facta. in prin. ff. de pœn. imò q̃ hoc ipſum generale eſſe uidetur in quacunque diſpoſitione. l. ſi hominem. ff. mãda. not. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & in. l. & ſi ſeuerior. C. eo. & in l. hodie. ff. de pœn. Nobilior quidem & dignior ſuo cauſato, naturaliter. l. manumiſsiones quoque. ff. de iuſti. & iu. l. cum quis. C. ad leg. Iul. ma. §. ergo. in authen. cõſti. quæ de di. & not. glo. in rub. Inſti. de iuſti. et iu. & Bal. in proœ. decretalium, in prin. & naturaliter dixi, quia quandoque è contra effectus, ſeu cauſatum eſt dignius. l. quod ex liberta. ff. de ope. lib. §. i. Inſti. de inge. & in d. l. manumiſsiones quoque. in collecta. tetigi. Cauſæ etiam ſeparatæ, ſeparatos producunt effectus. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. ff. de adop. l. tutorem. ff. de his quib. ut indi. tradit Bal. in l. i. in pe. col. C. ſi plu. una ſen. Dicens etiam alibi, q̃ impulſiua quandoque efficitur fina-

lis,quando conſtat, q. quis non fuiſſet alias facturus, in l.falſam.in prin.C.ſi ex fal.inſtru. & bene. l. ſi pater. ff.de hæ.inſti. Et *ad propoſitũ alibi, in.l. nominationes. in i.col.C.de ap.q. ubi deficit cauſa, deficit cauſatum,ſicuti deficit ordinatum,ubi deficit ordo .* Et *alibi in l . ſi cum inter.in prin.per illum tex.C. quando prouo . non eſt ne. q. error expreſſus in cauſa , uidetur expreſſus in cauſato , quodq; antecedens parit deſtructionem conſequentis.* Et *alibi in.l.pe.C.de dona. q. finalis præſumitur , quando aliquid datur ob cauſam , quæ in ſe habeat decus publicum,& probatur in l.legatum.ff.de uſuf.lega.& in l.legatum.ff.de adi.le.* Et *alibi in l.fi.in ii.col. C.de iu . libe. q. non habens inſignia, ea alteri conferre non poteſt,ex quo nihil eſt prius in cauſato, quàm ſit in cauſa.* Et *alibi in l.data opera.in x.col.C. qui accu . non po.q. cauſa dici non poteſt, niſi fuerit iuſta.* Et *ad idem, ac in materia,uidemus,q. dominium rei meæ,mihi auferri non poteſt.l.id quod noſtrum. ff. de regu.iu.l.quæro. ff.de nata.reſti.* Et *tamen aufertur ex cauſa.l.itẽ ſi uerberatum.ff.de rei uen.l.quotiens. § .pe. ff. de polli.l. ſi priuatus cum ſimilibus.ff. qui & à quib. plene* Bar. *in proœ.fforum,in ii.col.* Dici *etiam ſolet, q. quælibet cauſa,quamuis iniuſta,excuſat à dolo.l.ſi plagii. & ibi not.* C.*ad leg.* F*aui.de plagia.* Et *alibi, q. ſi teſtamentum eſt cauſa codicillorum , non æque conuenit,ut ipſi ſint cauſa ſuæ cauſæ,in l. quod per manus. ff. de iu.codi .* Et *alibi* Bar.*in l.ſi aliquam.in ii.col.ff.de acqui. po.quòd cauſa, quæ non eſt habilis ad translationem dominii, non eſt*

etiam habilis ad translationem poſſeſsionis. Et *alibi in l.ait prætor.in ij.col.ff.de mino.q. cauſa in appellatione ab interloquutoria inſerenda eſt,ut ſic appareat, q. appellatur ab iniuria.& hodie deciſum eſt in c.i.de ap. in vi.*Et *alibi,in l.qui uxori.ff.de au.& ar.leg.& in l.ſed ſi plures.in §.in arrogato.ff.de uulg. & pup.ſub.q. cauſa remota,quæ non multum diſtat à proxima, proxima eſt,& bene.l.certi condictio,in prin.ff.ſi cer. pet. late* Areti.*in conſil.vi.incip.uiſo inſtrumento. in pe.col. & in conſil.xxix.incip.diligenter.in vij.*Inquit *etiam philoſophus,q. inſipientis eſt quærere cauſam,ubi non inuenitur,quodq́; effectus ſemper denominandus eſt à contingenti;ſi à naturali cauſa,& contingenti, denominari poteſt;quod ſecundum nos, haud eſt tenendum ut infra.* Et Grammatici,*q. cauſa factum declarat,ubi ratio alias obſcura reſoluit.quodq́; uerbum hoc* Quare,*cauſam & rationem deſiderat; cur autem ſimpliciter percontatur.*Di*cunt philoſophi rurſum,q. ſcire per cauſam,eſt proximè ſcire;propter quid autem,à remotis. & q. cauſa effectũ producit,et plures quidem,ſi cauſæ plures fuerint.*Idéq́; *nos.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu.l.ſi ſeruus ſeruum. in prin.ff.ad leg.* Aquil.*l. nunquam plura. ff. de priua. delic.*Notaturq́; *alibi,in l.*Titianus.*ff.q. cum eo. & in l.ſi is ad quem.ff.de acqui.hæ. & per* Bal.*in l.i. in ulti. oppo.C.de condi.ind.q. cauſa falſa,uiciat ſententiam;incongrua autem non.& dum implicitè diximus, quandã eſſe cauſam remotam; quandam proximam,ſiue alias mediatam & immediatam.d. §.in arrgato. & nouiſsimè*

eſt bonus tex.in c.requiſiſti.de teſta.adde ſimile, ꝙ ſunt etiam ſpecies generis mediatæ & immediatæ; Mediatæ, ut imperiũ merũ mixtũ & iuriſdictio, reſpectu generis, quod eſt ipſa iurisdictio. Immediatæ ut imperium, quod tanquam genus pariter, comprehendit merum & mixtum, ut dixi ego in l.imperium.in ij.lectu.in iiij.q. Bar. ff.de iu.om.Iudi. Non poteſt quoque cauſa ſecunda, eſſe prima diuturnior, ſecundum Bal. in proœ. ff orum, in iiij.col.& probatur in l.eum qui.in §.fi.ff.de iu.om.Iudi. Qui dicit ẽt pro ampliatione ſupra dictorum, ꝙ qui libere cauſam producere poteſt, utique poteſt etiam producere effectum liberum, in l.benignius.ff.de legi.& in l.ſenatorem.ff.de ſena. quòd cauſa in ſententijs, ſemper præſumitur finalis; in contractibus autem impulſiua. Vulgatũq; illud, Ceſſante cauſa, ceſſat effectus, de quo in l.adigere.in §.quamuis.ff.de iu.pat.& in c.cum ceſſante.de ap.alibi declarat, uerum eſſe, ſi ſublata ſit in totum, non ſi remanerent aliquæ reliquiæ, in l.fi. in v.col. ff.de ſer.per not.in c.decet, de regu.iu.in vi. Et alibi, in l.ij.in §.i.in fi.ff.de his qui not.infa. quòd cauſa facti, declarat factum; ut factum declarat animum. Et ibidem, an in ſententia & præcepto Iudicis, cauſa ſit exprimenda, necne. Et alibi, quòd effectus diiudicatur ſecundum naturam cauſæ, & bene, ut ſupra; nouiſſimeq́; rationem adducit, quia quis non erit infamis, ex cauſa non famoſa, ob quam cõdemnatus eſt; ſimile adducens beati Auguſtini, quòd martyrem non facit pœna, ſed cauſa, in l. ictus fuſtium.in ulti.col.ff.eo. Et alibi, quòd ubi eſt noua cauſa,

ibi eſt nouus effectus, in l. ſi poſt datum. ff. de procu. Et *alibi in l.* Pomponius. *in ij. ff. de nego. geſt. q pluralitas cauſarum, dinumerat pluralitatem effectuum, ut ẽt ſupra aliter tamen inducendo.* Et alibi *in l. metum. in §. ſed licet. ff. quod met. ca. quòd omnis uia agendi debet aſſumi ex cauſa immediata; & ſi ea repugnat, nunquam agi poteſt.* Et alibi *in l. & eleganter. in prin. in iij. col. in i. lectu. ff. de dolo, quòd ſufficit, quòd cauſa proxima ſit uera, licet remota ſit falſa.* Et alibi, *in l. quoniam. in ulti. col. ff. de his qui not. infa. quòd quando ſunt plures cauſæ, quarum quælibet, per ſe, poteſt conſumare effectum, conſumatur à priori cauſa, non autem à poſteriori.* Et *alibi in l. furti. in §. i. in iij. col. ff. eo. quòd caſſata cauſa, caſſatur effectus.* Et alibi *in l. i. in ij. col. ff. ſol. mat. q lex interdum diſponit de cauſa, interdum de effectu. ſi de cauſa, uidetur etiam diſponere de effectu immediato & inſeparabili, non mediato.* Et alibi Curtil. Brixien. *in tracta. de nobilita. in ij. par. num. xliiij. quòd cauſatum aſſumit priuilegium à cauſa ſuæ cauſæ.* Et alibi Bar. *in l. ubi cunque. in prin. ff. de int. ac. quòd cauſa, ut etiam eſt rationabile debet præcedere ſuum cauſatum. & probatur in l. iii. in §. ex pluribus. ff. de acqui. po.* Et alibi Old. *in conſil. cccxxv. incip. thema. in i. col. quòd cauſa nunquam ſubintelligitur, niſi exprimatur; adeo ut facta diſpẽſatione in minore ſine cauſa, non ualeat.* Et alibi Bal. *adhuc, in l. generaliter. in ij. col. C. de non nu. pe. quòd cum cauſa facti ſit, non præſumitur niſi ex quibusdam coniecturis, per not. etiam in l. procula. ff. de proba.* Et alibi in

c.cum ceſſante.in ij.pariter,de ap. ꝙ non eſt detrahendum publicæ diſciplinæ, & legum ſeueritati,niſi ex cauſa. Et alibi in c.i.in §.ſi quis de manſo.in ij.col.de cõtro. inueſt.in uſib.feu.ꝙ cauſa ſemper commenſurat ſuum cauſatum commenſurabile. Et alibi Anto.But.in c.ſignificãtibus.in iij.de lib.obla.ꝙ cã proxima in reali, non remota,exprimenda eſt.& ibidem,in ix.ꝙ licet principaliter cã aſſignari debeat,non tamen debet aſſignari cauſa cauſæ,ne in infinitum procedatur. Cauſa ẽt præſumitur finalis,ultra dicta ſupra, quæ per ſe infert in quolibet effectu,incluſo in diſpoſitione; alias præſumitur impulſiua. tradit idem Bal.in d.l.i.in v.col. ſol.mat. & in l.ſi cum dotem.in prin.in iii.ff.eo. ꝙ immediata attendi debet,ut etiã ſupra l.digna uox.C.de legi.l.i. C. de cõdic. ob turpca.& ꝙ nouiſſimè,ea poſita,ponitur effectus; eáq; remota remouetur. Et ab occaſione differt,ſecundũ Abb.inc.i. in ix.not.ut ec.be.ſi.di.confe. quia illa eſt,ex qua aliquid fit;occaſio uero, oportunitas,quæ naſcitur per actus humanos,nõ impedientes. et ꝙ cauſa finalis ſemꝑ inhæreat legi,tenuit idem Bal.in ſtatu. in §.argumentum. uer.ij. Et alibi,in l.cum mulier.in v.ff.ſol. mat.ꝙ cauſa generalis influens in ſpecialẽ & immediatã,efficit,ut eiuſdẽ formæ et naturæ cum illa eſſe uideatur. Et ibidẽ adhuc,in x. ꝙ amota cã proxima,cã remota nõ influit in effectum;alias cã mediata,eſſet immediata,haud dicẽdum. Subiiciẽs tamen è contra,ꝙ amota cauſa remota , ſtante proxima, ſufficit pro effectu conſeruando. & in xiiii. poſtea, quòd ſicuti ſe habet cauſa ad effectum reſpectu productionis;

ita ſe habet deſtructio cauſæ ad deſtructionem effe-ctus,ex quo par eſt potētia cōtrariorum. et q̃ ēt cācella to bāno,tanq̄ cauſa finali,tollitur effectus infamiæ.et in ſeq.q̃ probatio debet fieri p cauſam,quodq́; non entium non ſunt cauſæ,nec demonſtrationes,ita ut nō neganti, ſed affirmanti,incumbat onus probandi. & generalius philoſophus,quòd ſine cauſa eſt impoſſibile aliquid eſ-ſe,uel fieri.Et alibi idem Bal.in l.qui in poteſtate.ff.de teſta.quòd illa cauſa,magis efficiens eſt,quæ magis po-teſt in effectu.Et alibi in l.eius qui.in.§.i.ad fi.ff.eo. q̃ cauſa finita,non poteſt producere effectum infinitum; ex quo datur intelligi, quòd ſuæ cauſæ commenſuran-dus eſt.l.ita autem.iuncta l.ſi plures ff.de admi. tu. Et alibi,quòd ubi non eſt cauſa efficax,ibi non eſt cauſatū, nec obligatio,in l.ſi quis ſub conditione in prin.ff.de cō di.inſti.Et alibi in l.nam ſicut.ff.ad leg. Aquil. quòd cauſa immediata,poteſt impedire remotam; ex quo elici tur utſupra quòd duplex ſit,& bene; nouiſſimeq́; tra-dit idem Bal.in l.i.in i.lectu.in iiii.col.in prin.ff.de æ-den.Et alibi,in l.iuriſgentium in §.ſi ob maleficium.in ii.col.ff.de pact.quòd impulſiua non eſt proprie cauſa. Et alibi in l.cum hi.in §. eam tranſactionem. in.i.col. ff.de tranſac.quòd alleganda eſt ſemper, quum petitur decretum ſuper aliquo. Qualitas etiam cauſæ produ centis demonſtrat effectum qualitatis productæ.l.quod ſi nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil.edic. Datq́; nomen ſuo effectui,efficiens & originalis. l.i.§. decretalis. ff. de ſuc.edic.& ſi ſtatuti fuerit denique, ſtatutum ipſum

iuſtificat, ut in not. caſu inquit Calde. in conſil. xxi. incip. Epiſcopus. in prin. de conſti. & probatur, in c. i. eo. tit. in vi. Qui dicit etiam alibi, quòd ex duabus cauſis, quarum una, primaria ſit, altera ſecundaria, primaria attenditur, in conſil. iiii. incip. Abb. in ij. col. de loca. Et alibi in conſil. i. in ij. col. de do. int. ui. & ux. ꝙ diuerſis cauſis concurrentibus, diuerſum effectum habentibus, iudicari debet ſecundum potiorem. Et alibi Bal. ad propoſitum. de quo etiam ſupra quòd immediata magis cohæret cauſato, quàm mediata, in l. ex placito. in. i. col. C. de re. per. & quòd quando ſunt duæ, quarum una ſubalternatur alteri, debet agi ex prima, non ex ſecunda, niſi prima ſit in poteſtate ſecundæ; uulgatum illud quoque tradendo, quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. de quo in l. manumisſiones. allega. adhuc ſupra ff. de iuſti. & iu. & nouisſime probatur etiam in l. dedit dotem. ff. de colla. bon. Et alibi in l. per diuerſas. in v. col. C. manda. quòd cauſa & cauſatum, non ſunt idem, quodq; cauſa infert in ſuo effectu, non è contra. Et alibi in l. fi. in pe. col. C. quod cum eo. quòd quando cauſa ſecunda eſt finalior, eſt etiam prima potentior, quia hæc illi eſt miniſtra. Et alibi in l. fi. in ij. col. C. de iu. del. quòd cauſa prima nõ ſolum influit in ſuum cauſatum proximum, uerum etiam remotum. Et alibi in l. i. in i. col. C. per. quas per. nob. acqui. quòd quandoque eſt cauſans, quandoque cauſata, ut in exemplo poſſeßionis, de quo ibi. Et alibi in l. fi. in iij. C. de iu. del. quòd cauſata aßumit nomen cauſantis. Et alibi in l. eam quam in ij. col. C. de fi-

deicom. quòd finalis cauſa, ultra dicta ſupra, eſt fons cauſarum, quodq́; præſumitur finalis, quæ ſecundum iuris rationem eſſe debet, uel quæ aſsignatur à teſtatore loco finalis cauſæ. multa in l. generaliter. in ij. col. pariter. C. de Epiſ. & cle. Et alibi in l. i. adhuc in ij. col. C. de ſal. cau. ad. quòd in contractibus finalis eſt, de cuius radice, obligatio emanat. & in legato, quando ceßante cauſa, ceſſat titulus ipſius, ſi pro dote ſit, uel ſepultura. l. damus. ff. de condi. ind. l. a filio §. matri. ff. de adi. lega. §. ſed & hoc præſenti. (ſingula ſingulis reddendo) in authen. de ſanc. ep. Et alibi, in l. dictam. in ij. col. C. de cõdic. ob cau. q. cauſa cardinalis, quadruplex eſt, efficiens, formalis, materialis, et finalis. Et alibi in. l. quæcunq; in i. col. C. de bonisq́; lib. q. efficiẽs, & finalis, ſunt cauſæ fiẽdi; materialis, et formalis eſſendi. Lõgã diſtinctionem ẽt ponit, quãdo finalis, et quãdo impulſiua præſumatur, in l. ſi repetendi. in i. col. C. eo. Finita etiam cauſa fauoris, uel odij, finitus dicitur fauor, & odium pariter, ut idem inquit in l. fi. per illum tex. C. qui ad lib. per. non po. Et ad propoſitum finalis & impulſiuæ, dici etiam poteſt, quòd cognoſcuntur, quia hæc, eſt illa, quæ diſpoſitioni non cohæret; illa autem, quæ cohærens eſt. ita Bar. in l. demonſtratio falſa. in §. quod autem. in. iij. col. ff. de condi. & de. Et ad materiam ſciendum eſt, quòd cauſa debet ſemper præcedere, ex qua legatum & hæreditas debeantur. l. huiuſmodi. ff. quando di. leg. ced. l. ſi is ad quem. ff. de acqui. hæ. & not. in c. prudentiam. de offi. del. Item quòd in Principe ſemper præſumitur,

non in alijs inferioribus.l.reſcripta.& ibi Cy.& Pau. in iij.& ix.q.C.de preci. Imp.*offi.quos refert & ſequitur* Alex.*in conſil.lx.incip.uiſa.in v.col.in ij.uol.* Inquit *idem* Bal.*quoque in l.i.in §.ſed ſi ſub conditione. per illum tex.ad ſupradicta* C.*de lati.lib. tol. quòd ex mutatione cauſæ, ſequitur neceſſario mutatio effectus. & in §.ſed & ſi quis.eadem lege,quòd feudum,per inueſtituram declaratur,ut cauſa per effectum.* Et *ad cauſam finalem redeuntes,dicit rurſum idem* Bal.*in l.unica in ij.col.*C.*quando non pet.par.quòd illa intelligenda eſt,qua poſita in eſſe,ponitur in eſſe uoluntas diſponentis, & qua ceſſante,ceßat conſenſus,& bene.l.fi.ff. de hæ.inſti.quodq; duplex eſt inſuper,influens effectum & remouens defectum.* Aliquid *in authen. ex teſtamento.in ij.col.*C.*de colla.* Et *alibi in l. bonorum.in iij.* C. *qui admi.quòd attenditur id,quodprincipaliter fit, & magis cauſa finalis,quàm incidens. & alibi, in c.i. in fi. an mut. uel ali. imper. in uſib.feu. quòd quandoque cauſa finalis, ſubſtantia, quandoque forma, appellatur.* Et *ſi duæ coniungantur,quarum una naturalis ſit,altera autem accidentalis;illa, & non iſta, debet attendi.l.iij.ff.de tute.* Et *alibi in c.i.in xv.col. in prin. de pa.iu.fir.in uſib.feu.quòd determinata cauſa doli,determinatum producit effectum,probaturq; per tex.in.l. admonendi.ff.de iure iu.Iuſta cauſa etiam,quem excuſat à pœna legali,non à conuentionali, ſecundum glo. in l.ſi cũ militaribus.*C.*de reſti.mil.latè Corſe.in ſing. ſuis pœna.i.&* Ro.*in rub.de arbit.in pe.col.& quan=*

doque habetur loco conditionis, ſi requiratur ad origi nem rei, loco modi uero, ubi requiritur ad effectum rei cauſatæ, inquit idem Bal. in l. cum mota. in ij. C. de tranſac. Actus etiam factus ſine cauſa, non ualet l. ij. §. circa. ff. de excep. do. & dum dicebam cauſatum non influere in ſuam cauſam, ſed è contra; adde nunc, fallere, & limitari, propter uicinitatem, quoniam eo tunc ordo non attenditur. l. & qui duas. & ibi glo. ff. de ſer. urb. prædi. Eſt adhuc ſecundum eundem Bal. in l. generaliter. in iij. col. C. de Epiſ. & cle. etiam cauſa quædam ſucceſsiua, habens effectum momentaneum; quædam momentanea è contra, habens effectum ſucceſsiuum; quædã momẽtanea, habẽs effectũ momẽtaneũ; quædã ſucceſsiua, habens effectum ſucceſsiuum. Prima ceſsante, non ceſsat effectus. Secunda autem ſic. Ceſſante tertia, ſimiliter effectus non ceſſat. Quarta autem ſic. exemplificando, & quidem latius, ut ibi. Et ad propoſitum, adeo effectui eſt annexa, ut diſpoſitio ſuper effectu, facta dicatur ſuper cauſa, effectum producente. l. ad legatum, l. ad rem mobilem. ff. de procu. l. illud. ff. de acqui. hæ. tradit Alex. in conſil. xxvij. incip. uiſo. in iij. col. in i. uol. Et de cauſa finali adhuc idem Bal. in. d. l. i. in ij. col. C. de fal. cau. ad. quòd eſt obiectum intellectus, ſicuti ſignum, obiectũ uiſus; & portus, obiectum nauigantium. Et Ancha. q. non ſufficit fateri, cauſam ſubeſſe, niſi uerè probetur, quum tamen requiritur ad eſſentiam actus, in conſil. cl. incip. in quæſtione. in iij. & bene. l. ſi forte. ff. de caſt. pecu. Nec minor, ſine cauſa, admittitur ad reſtitu. in inte.

l.nam et poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiu.tradit idem Ancha.*in conſil.clix.incip.rationes.in ulti.col.*Dicens etiã *alibi,quòd ſi falſa fuerit,uitiat ſententiam,aditionem, et collationem,& generaliter quamcunque diſpoſitionem in conſil.ccvii. incipi en. in quæſtione. in ii. col. & in conſil . ccxli . incip.ex tenore,in ij.pariter. & in conſil.cclxxxix.inci.de uiribus,adhuc in ij.col.niſi ex alia poſſit ſuſtineri,ut ibidem,& in conſil.ccclvij.incip.quia alia multa.in i.* Si *cauſa etiam conditionaliter exprimatur,ultra ſupradicta, præſumitur finalis.l.qui* Romæ. *§.duo fratres,& ibi* Cro.*in iiij.col.ff.de uerb.obli.* Et *adeo cauſa neceſſaria eſt,ut ad eam ſemper recurramus, alias nihil inferri poteſt,ut idem* Bal.*inquit in l.& ſi ſeuerior.in iiii.col.*C.*ex quib.cau.infa. ir.* Et *in authen. multo magis.*C.*de ſacroſanc.ec.quòd prohibitio eſt potentior in cauſa,quam in cauſato.* Et Ancha.*in repe.c. canonum ſtatuta.in clxviii.de conſti.quòd cauſa non ſuſpenditur,licet ſuſpendatur effectus.* Aliamq; *diuiſionem ponit,a ſupradictis diuerſam adhuc* Bal.*quòd cauſa etiam triplex eſt,generans,corrumpens,& conſeruans in proœ.*Rex *pacificus.in vii.col.& de efficienti,finali,formali,& materiali,rurſum ultra ſupradicta,nouiſſimè addendus eſt idem* Bal.*in l.cunctos populos.in v. col.*C.*de ſacroſanc.ecc.*V*bi plus dicit hi concomitantia poſtea,eſſe,locum & tempus.*

OBSERVATIO XCV.

De capitulo.

Capitulum ſede uacante, debet iura epiſcopi cuſtodire, ac conſeruare. c. quia ſæpe. de elec. c. præſenti. de offi. ordi. in vi. c. hoc ius. xii. q. ii. Imò quòd ſuccedit ei dem in ſpiritualibus & temporalibus generaliter. c. pe. & fi. de ſup. neg. præla. quodq́; faciunt unum corpus, cuius ipſe eſt caput. c. requiſiſti, de teſta. c. iiii. v. & fi. de his quæ fi. à præla. & in not. q. an capitulum, ſede uacante, poſſit cum rectore parrochialis eccleſiæ diſpenſare, ut per ſeptennium inſiſtere ualeat ſtudio literarum, & quòd interim ad ſacerdotium promoueri minime teneatur. tradit Fed. de ſen. in conſil. xxx. incip. an capitulum. in i. col. Ex quibus infertur, eidem quoq; negatum non eſſe, dare licentiam electo in prælatum eccleſiæ alterius dioceſis, ſe transferendi ad illam, ſecũdum Abb. in c. cum olim. in ii. col. de maio. & obe. beneficiaq́; conferendi; quod tamen ad longum diſputat Io. de Sel. in tracta. de benefi. in ii. parte, in xi. q. Item uiſitare, & literas, etiam indulgentiarum dare, ut per Archi. & Ioan. Andr. in c. ſi epiſcopus. in prin. de ſup. neg. præla. in vi. Qui dixit etiam alibi, in c. i. in fi. de maio. & obe. quòd ſuccedit quoque Epiſcopo in iuriſdictione generaliter ſibi delegata. Et ibidem adhuc, in prin. quòd proſequitur quæ ſunt de iuſtitia, in ſpiritualibus, & temporalibus, ut ſupra ad ipſum Epiſcopum ſpectantia, ſed non illa; & nouiſſime quidem, quæ ſunt de gratia, uel alienatione, niſi quatenus à iure concedatur. Item quòd iudicat hæ=

reticos;confirmat electos;inſtituit præſentatos;dat inquiſitores,et cõmẽdatitias ad ordines et coadiutorẽ Epiſcopo dementi, ſi non reſiſtat;compellit exequutores teſtamentorum;& multa alia facit,quæ recenſere,longiſſimum eſſet. Excipiendo aliqua ſemper, eidem à lege minime conceſſa;exempli gratia, ſi beneficia ad ſolum Epiſcopum ſpectabant,ne à capitulo conferantur, ſede uacante; limitabunturq́; ſupradicta. & in bonis immobilibus idem,quæ non alienat, quia nec idem facere poſſet miniſter datus a Papa. Si de quo magis igitur uidetur ineſſe,& non ineſt; ergo nec de quominus.c. ſi paulus.xxxv.q.ii.l.relegatorum.§.conſtitutum.§. de int. & rel.& quòd ſuccedat in ſpiritualibus & temporalibus,poſſitq́; hinc a iuramento abſoluere,ut Epiſcopus, tenuit etiam Feli.in c.i.in vi.col,de iure iu. Et alibi Bellenzi.in tracta.de chari.ſub.in xlv.q.incip.an ualeat.in i.Idem adiiciens aliud,quòd ſuccedit quoque in facultate condendi ſtatuta,non tamen ut charitatiuum ſubſidiũ minuat.aliquid Anch.in rep.c.canonũ ſtatuta.in lxxix col.& ſeq.de conſti.& quòd dictum eſt quòd capitulum & Epiſcopus faciunt unum corpus, adde, quòd etiam ſunt,una uox eccleſiæ,quodq́; debent eam, tanquam uox ſuum poſſidere,in ſatisfactione & honore, & fuerunt uerba Bal.in l.i.in xvi.col.C.de conſe.ſubiicientis amplius in adminiſtratione commun,quamuis non eſſet capitulum uacans, quòd poterit nihilominus procuratorem facere, ſine conſenſu prælati. Et alibi in c.eam te.in ii.col.de conſti.ꝙ ſi uacat,eſt ſicuti mulier prægnans,

quia

quia Epiſcopum parere debet. Sed quid ſi litiget cum prælato, nunquid ei debeat dari curator? Dicit Abb. alibi, q͂ non, quodq́; poterit per ſe litigare, uel procuratorem conſtituere, in c. cum ſuper. in i. not. de offi. de. Imò q͂ ſi Papa mandaret, ut quis in canonicum reciperetur, & capitulum pareret mandato, q͂ dicetur receptus authoritate capituli, non Papæ. l. i. §. ſolent. ff. quando ap. ſit. l. ubi abſunt. §. fi. & ibi Bal. hoc idem ſumit. ff. de tu. & cu. da. ab his. Et ſi ſuperior deniq; iniuſtum aliquid agat (inquit alibi Ancha.) q͂ capitulum poteſt, & debet reſiſtere, in conſil. clyiii. incipi. ex narratis. in ii. col.

OBSERVATIO XCVI.

De carcere, deq́; carceratis.

Carcer, ſpecies quædam ſeruitutis eſt. l. ii. ff. de lib. ho. exhi. tradit Bar. in l. frater à fratre. in pe. col. ff. de cordic. inde. & Ro. in conſil. ccxli. incip. ſpectabiles. in prin. Et ideo cum non concedatur cohertio, niſi maioribus Iudicibus, merus executor eam, hac de re, non habebit, ſecundum Bal. in c. ex literis. ad medium. de offi. dele. agitq́; filius, qui promiſit nomine patris, ut liberetur, ſecũdum Bar. in loco ſupra allegato. Sed tamen notat Imo. plerunque hanc ſeruitutis ſpeciem nõ reprobari, in c. cum cõtingat. in xxix. col. de iure iu. Appellatur itẽ tormẽtum, ut inquit idem Bar. in l. i. ff. de cuſto. reo. Quem re=

fert Ang.in tracta.maleficiorum,in uer.quod fama publica.in xxxvi.col. Adde tu,& maius quidem,quàm fodere in agro,ſeu laborare in opere publico, in l. in ſeruorum.in prin.ff. de pœn.Et propterea Ang.in d. loco adhuc, in xxxiij.dicit,ſi ſine cauſa qs carceratus fuerit, q̃ ex officio à Iudice relaxari debebit.et fuit deciſio eiuſdem Bar.in l.ſi quis.in §.ſi fugitiuum.ff.de fur.alias ab eodem uiſitari debet, ut ſibi neceſſaria haud deficiant, maximè quando non habet unde ſe alat,quia tunc ad id tenetur ille,ad cuius inſtantiam carceratus fuit.l.ſi. C. de erro.mil.an.lib.x.l.Iudices.C.de epiſ.au. l. ſanctum, & ibi idem Bar.in prin.ff.de re.di. Latius firmat Paris de puteo,in tracta.ſyndi.fo.xxxiiij.in ii.col.in uerbo Iudex.ſubiiciẽs,q̃ ſi non facit,de neglgentia punitur.Et de Iudice dixi,quia à cuſtodibus,quos alibi Bar.depoſitarios perſonarum uocat,in q.incip.Lapus.in ii.col.nunquam debet relaxari,niſi de ipſius mandato,quod etiam inſcriptis appareat, ne teneãtur. et ut latius per Ang. in d.loco,& in l.neque.in §.i.ff.de in ius uo. Mala manſio etiam uocatur carcer, ſecundum glo. in l. item apud Labeonem.in §.quæſtionis uerbo.ff.de iniur. Sed allucinatur Accur. quoniam mala manſio proprie uinctus homo appellatur,& ad malam manſionem extenſus;quam tamen glo.primo modo intelligunt, & ſequuntur noſtri ferè omnes,& in ſpecie alia glo.cano.in clem.i.in uerbo tormẽtis.de hære.& Accur.met,in l.ſi hominẽ.in prin. ff.depo.& Bal.in l.ii.in ii.col.C.de ep.au. & Flo.de s. Petro,in diſpu.incip.uaria.in iii.col. & præpo.Alexã.

in c.ſuper eo.ii.in ii.de ap.Qui ſubiicit ibidem etiam,ad=eo ſupra dicta eſſe uera, ut à præcepto de incarcerando poſsit appellari, quoniam infert damnum irreparabile. & ante eum idem Bal.in l.ii.in iii.col.C. de ep.aud. Et ad materiam ſciendum eſt, q carceres inuenit lex ciuilis regulariter,ad cuſtodiam.l.aut damnum.§.ſolet. ff. de pœn.Canonica uero,non ſolum ad hoc, ſed etiam ad pœ=nam.c.qualiter & quando.de accu.declarat Bar.ubi & nos late,in l.imperium.in exemplis meri imperii,nume. viii.ff.de iu.om.Iudi.& in l.ii.ff.de pub. iud. & Bal.in l.i.ad fi.C.qui nō po.ad lib.per.& Salice.in l.in ipſius. C.famil.her. In tantum,ut damnatus ad eas perpetuo,et ſic ſecundo hoc modo,dicatur capite minutus, ſecundum eundem Bal.in l.ſi quis ſub conditione.in ii.col.ff.de te=ſta.tu.quem refert præpo.in loco,de quo ſupra. Carcer etiam,quædam mulcta eſt, quæ propter inopiam inter=dum indulgetur.l.illicitas.§.fi.ff.de offi. præſi.Inquit ta men idem Bal.in l.i.in ii.col.C.qui bo.ced.po.q pro mi=ſeratione iſta,Principi ſupplicandum erit.Et alibi, in d. l.i.C.qui non po.ad lib.per.q carcer facit,ut in eo mor=tuus,dicatur mortuus criminaliter, & in cruciatu. Et inde diſputatur quoque, án carceratus inquiſitus de cri=mine,aufugiens,hoc idem licité faciat,per Flo. in d. di=ſpu.in i.dubio. & in ſimili dicam infra. Si fideiuſſor ēt fuiſſet carceratus,poſſet petere à reo,excarcerari, uel in tereſſe,q detineatur pro debito declarato, quiá (eodem Bal.teſte)carcer, eſt locus cuſtodiæ ut ſupra,non ſolu=tionis,in l.ij.in ii.col.C. de ſen. quæ ſi cer. quan. Et ad

eum,qui condemnatur ad carceres perpetuos,redeundo; addo, q, is mori ēt ciuiliter dicitur; & amplius q, licet clericus beneficiatus à Papa condemnetur, attamen collatiō ſpectabit ad ordinarium. ita idem Bal. in d.l, ſi quis ſub conditione.in ii.col.ff.de teſta.tu. Qui ad materiam dixit etiam alibi,q, teſtamentum, in carcere factum,non ualet;contractus autem ſic,niſi fiat cum eo,qui ipſum detinere fecit,in l.qui à latronibus.in prin.ff.de teſta. & probatur in l.qui in carcere.ff.quod met.ca.& in l.metum.in §.ſed licet.ff.co. Et alibi in l.legata inutiliter.in prin.ff.de leg.i.q, ſi captura non ualet,non poteſt carceratus ab aliis creditoribus recommendari.& ultra ſupra adducta,q, carcer ſeruitutis ſpecies ſit, tormentum, mala manſio,& mulcta,adhuc addendum eſt(mitto etiā à Plau promptuariam cellam dici) q, alibi ſqualor appellatur,in l.ii.C.de cuſto.reo. Alibi iniuriarum timor, in l.pe.C.qui bo.ced.po.& alibi,iuſtus metus,in l.pe.ff. quod met.cau. Et alibi denique,pœna,in l.diuus.in i.col. ff.de cuſto.reo.& ideo aliqui tenuerunt, q, carceratum liberare etiam pro delicto,quid pium ſit,præcipuè idem Bal.in l.quamuis.per illum tex.ff.ſol.mat. Aliquid in authen.ſimiliter.C.ad leg.fal. & in l.illud.C.de ſacroſanc.ec.Dicens etiam alibi,in tracta.de carce.in ulti.col. q, carcerati ſunt perſonæ miſerabiles;quodq; legatum ipſis factum,dicitur factum ad pias cauſas.Qui tamen ſoluit pro carcerato,non uidetur ſoluere,niſi animo compēſandi,uel repetendi.l.ſed & ſi.ubi idem Bal.ff.ſol. mat. & ibidē,q, non refert à quo ſoluatur, dummodo ſolua=

tur;quodq; ſolutione facta,eſt ſtatim excarcerandus, limitando etiam in patre,qui idem intuitu pietatis ſoluere ſemper uidetur. Et alibi latius quàm ſupra,declarat carceris multiplicem eſſe ſpeciem, prout eſt pœnæ terminus. Detentioq; pro delicti inueſtigatione. Item ut carceratus tædio affectus ſoluat, & hoſtium denique, latronum,ac pyratarum,in authen.ſi captiui.in prin.C.de ep. et cle.& nõ ab re,niſi ad cognoſcendũ in quibus, ex his locũ habeat deciſio d.authẽ.refert et ſequitur Io.de ana. in c.ſignificauit.in pe.col.de Iudæ. Et alibi idem Bal.aliter,quòd carcer quidam eſt tædialis,ut etiam dictum eſt proximè;quidam uero ſeruilis,ut ſupra in prin. in l. ob æs.C.de ac.& ob.& ſi quis ponatur in carcere, dicitur in ius uocatus,& citatio quidem realis. l. plerique. & ſeq.ff.de in ius uo.l.conſentaneum.C. quomodo & quando iud.tradit idem Bar.in d.loco.in prin. & ſecundum aliquos,contra bonos mores; quod tamen intelligi debet uerum,ſi cõuentio fiat,ꝙ debitor,etiam inuitus,capi poſſit,ut per Anto.Carra.in tract.de execu. inſt.in xxxvij. col. Sed an carceratus reputetur, qui eſt in actu relaxationis? Dic,ꝙ nõ.l.ſi pecuniã.§. pe.ff.de cõdi.ob cau.ſentit Nel.in tracta.ban.in ij.pte ij.tẽpo.in xxxi.q.inci. Viſum. Aliã quoq; diſtinctionẽ carcerũ tradit adhuc Bal. quæ tamen in ſupra dictas incidit, in d.l.imperium. in iij.col.ff.de iu.om.Iud.quòd perpetuæ pœnæ ſit, cuſtodiæ,modicæ cohertionis,& domeſticus,ut per eum. & Bar.quòd quidam ſit pœnæ;quidam cuſtodiæ;quidã uero pœnitentiæ;exemplificando,ut per eum pariter,in l.

nemo.in ij.col.C. de exacto.tribu.lib.x. ubi quotidianū etiam ſubijcit, quòd carceratus pro debito priuato, pōt ibi recommendari, etiam pro fiſco, ſi tamen carceratus ſit iuſtè, quoniam alias nec à fiſco, nec à priuato, poſſet hoc idem fieri, ut ſupra dictum eſt. & nouiſsimè tradit etiam Bar.in l.cum unus.per illum tex.in prin.ff.de bo. autho.Iud. po.multa Bal.in authen. & qui iurat.in iiij. col.C.de bo.autho.Iud.po.& in l. quiq;. ff. de in ius uo. Dicens adhuc alibi, in l.ſi pecuniam, citata etiam ſupra. in §.ſed ſi acceperit.in fi.ff. de condic.ob cau. quòd qui ſunt in caſu abſolutionis, non debent ita diligenter cuſtodiri, ut prius; ſeruaturq́; maximè Venetijs. Et alibi in l. i.in §.per hanc.i.ff.de rei uen. ꝗ carceratus, petens relaxari, non proponit interdictum, quia non eſt contentio inter duos de re tertij, ſed de ſe; ideo officium Iudicis miſericorditer implorat. Et ad materiam facit, quia ſi carceres non eſſent, nec delicta punirentur, nec à debitoribus noſtris credita, niſi ſanguine, conſequi poſſemus, ita ut legum, reiq́; publicæ gratia (mitto Latumias, quas (authore Euſebio) Tarquinus ſuperbus excogitauit, eorumq́; mentio habetur in l.ſuccurritur. ff. ex quib.cau. ma.& quas media in urbe fecit etiam Ancus martius, ad terrorem creſcentis audatiæ; aliasq́; noſtrorum hominum) inuentæ eſſe uidentur. Sed ultra dicit rurſum Bal. quòd pœna perpetui carceris, poteſt appellari ultimum ſupplicium, in l.programma.in ij.col.C.commi. uel epi. & alibi, quòd æquiparatur damnato in metallum, in l. reos.in ij.col.pariter.C.de accuſa.& in l.incredibile.C.

de pœn. Imò mortuo, inquit alibi, in l. continet. in prin. ff. quod met. cau. Et alibi, capiendo pro loco cuſtodiæ, ut ſupra, quòd non poteſt ad carcerem perueniri, de iure cõ muni, niſi prius facta bonorum diſcusſiõe, in l. i. in ij. col. C. qui bo. ce. po. Et ibidem, quòd mulieres non incarcerã tur, præterquã, addas tu, fauore tutelæ, ſecundum Bar. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſta. tu. & authen. matri & auiæ. C. quando mul. tu. offi. fun. po. refert & ſequi= tur Ro. in conſil. cxviij. incip. quo ad primum: circa me= dium. quodq́; ea de re alias ipſis datur beneficium ceßio= nis. Et ibidem adhuc in ulti. col. quòd caceris ſqualor, eſt contra naturalem æquitatem, declarãdo tamen ut ſupra hoc eſſe uerum, ſi mulier ſimiliter d. ceßionis beneficio renunciaret; in quibus terminis loquitur Bal. & nouisſi mè in. l. alia. in §. i. ff. ſol. mat. Et alibi, quòd carceratus, non debet in carcere maccrari, in l. de his: de cuſto. reo. quodq́; hac de re celeriter in eorum cauſis procedendum eſt, dilationesq́; abbreuiandæ, ibidem, & in l. i. C. eo. Sed diximus quòd regulariter pœnà perpetui carceris im= poni non debet, niſi de iure canonico; quæro, quid ſi im= poſita ſit, & ſententia inde lata, an ualeat? Bal. in d. l. in= credibile. in prin. ſentit quòd ſic, et de conſuetudine iſtud quoque ſeruatur Venetijs. Intelligendo ſemper eum car ceratum dici, qui bene cuſtoditur, ita ut inde recedere nõ poßit. l. qui neque. ff. de uerbo. ſi. l. ſuccurritur. §. fi. ff. ex quib. cau. ma. declarat Bal. in l. i. in vij. col. C. de confe. et ſi carceratus repiretur mortuus, neſcireturq́; modus, cu ſtos poßet torqueri, in l. cum ita legatur. §. ſpecies. ff. de

leg.ij.l.fi.§.fi.ff. de cuſto.reo. per quæ iura ita etiam te net Paui.in allega.beati Simeo.incip.de uultu tuo.in viij. col. Pro retento in carcere adhuc dicit Bal. defenſorem ſemper admitti debere ad plenam defenſionem, ex quo exequutio fruſtrari non poteſt, per tex.in l.eos.ad fi.C. de ap.in l.ſeruus.ff.de ſta.ho. Poteſtq; in ciuili cauſa,citari ad domum ſolitæ habitationis; ſed ubi eius perſona requireretur,non arctat eum aliqua citatio.l.ij. C.de cuſto.reo.tradit idem Bal.in l.inter minores.in ij.lectu.ff. de reſti.in integ.

OBSERVATIO XCVII.

De calumnia.

Calumnia malum quoque magnum eſt; & tale quidem,ut litigatoribus, qui eam incurrunt,haud facile parcatur.l.athletas.§.calũniator. ff. de his qui not. infa.ſemperq; condemnentur, ſecundum Bal. in authen. hodie.in §.cautione.in ij.col.C.de ap.& Bar.in l.i. in prin.in iij. ff. ad turpil. alias impunitum facinus relinqueretur,minimè tolerandum.l.i.§. & hoc edictum. ff.ſi mul.uen.no. Et pro intelligentia (eodem Bal.teſte) not.eſt,calumniari poſſe tripliciter;Primo,differendo petitionẽ;Secundo,contumacia; Tertiò & ultimo,ſi agens in probatione deficiat.l.non ignorat.& ibi Bal.in prin. illum tex.dicit mirabilem.C.de fructi.& lit.expen. & ad propoſitum hinc eſt, quòd qui fingit ſe eſſe creditorẽ

pupilli,uel debitorem, non propterea excuſatur à tute-
la. l.athletæ.§.amplius.& ibi idem Bal. ff. de excu.tu.
Subijciens,quòd ſi quis accuſet teſtes pariter, ne teſtifi-
centur contra eum, hocq; Iudici liqueat per argumenta,
uel indicia, non ſunt propterea à teſtimonio repellendi.
& nimirum ſi iniquitas appellatur ibidem & in proœ.
Inſti.in prin. ſicq; ei occurritur, etiam per iuramentum
cal.ut to'o titulo.ff.&.C.de iu.cal. & ſi euidens eſt,in
quit alibi Bal.in l.i.in ij.col. C. quomodo & quando
iud.poſt Inno.in c.i.de offi. Vica. q. habetur loco libelli
inepti;& ſeruit ad ea,quæ habẽtur in l.i.ff.de offi.aſſe.

OBSERVATIO XCVIII.

De ceſſione.

Cedere, & mandare,differunt; quia primo
caſu nihil remanet penes cedentem;ſecundo ſic. Vel &
latius,ut per glo.in l.ii.C.de ac.& ob.quam ad idem
inducit Bar.in l.ad eum.in prin.ff.de dona.& alibi di
cit,quòd ceſſio,emptio quodammodo eſſe uidetur, in l.ſi
maritus.ff.ſol.mat.& alibi in l.quod ſi minor.in prin.
ff.de mino.quòd officium iudicis,quo petitur in integ.
reſtitutio,cedi poteſt.Et alibi in l.apud celſum.in §. ſi
cauſa legitima,ff.de excep.do.quòd exceptio excommu-
nicationis,quæ obſtat cedenti,non tamen obſtat ceſſio-
nario,ex quo non actionem reſpicit,ſed aliud. Et alibi,
in l.ſi duo rei.ff.de ſol.q. ceſſionarius agens, debet ex-

primere,utrum agat utili,uel directa.Et alibi in l. Modeſtinus.in fi.ff.eo.quòd etiam actio perſonalis & hypothecaria cedi poteſt,& naturalis tantum, & ut diximus, officium iudicis. Et alibi in l.cum quis.in §.i.in fi.ff.eo.quòd licet maritus contra uxorem condutionem furtiuam non habeat directo,habet tamẽ ex ceßione extranei ipſam habentis. Et alibi,in l.poſt dotem. in x. col.ff.ſol.mat.q. ſi a filia cedatur actio de dote, tranſit in ceſsionarium,cum priuilegijs, ſi ceſsio ex neceſsitate fiat.dix:q; ego aliquid,in authen.reſq;: C. communia de lega.Et alibi idem Bar. in l. iniuriarum. ff. de iniur.q. non eſt ceſsibile id,quod non eſt tranſmisſibile. Et alibi,in l.filium.in §.ſi quis bonorum.per illum tex. ff.de lega.præſtan. quòd ſi ſtaret ſtatutum, cedentem actionem nobili,à iure ſuo cadere debere; & aliquis cedat,quod tamen cedere non poterat,à iure ſuo non cadet,ob inutilem ceſsionem. Ceſsio actionum etiam requiritur in caſu.l.ſi abſentis.C.ſi cer.pet.& l. cum fundus.§.cum ſeruum tuum imprudens.ff.eo. aliquid in l. debitori.in fi.C.de pac.Militiq; facta,ex cauſa honeſta, ualet;non ſi ex inhoneſta:l.qui ſtipendia.C.de procu.l. pe.ff.de alie.iud.mut.cau.fac.De ceſſione bonorum, nihil dico,quia certum eſt fieri nõ poſſe,uirtute ſtatuti noſtri Patauini,quoniam eſt turpe,& contra bonos mores,ut declarat Albert.in ſtatu.q. xxxvij. incip. Item quæritur.in i.par.nec ualet, etiam quòd ipſum fecerit diuus Antonius protector noſter, ut ibidem, & ante eum Bal.etiam ſentit,poſt Cy.in l.fi.in.i. col.C.qui bo.

ce.po.& probatur in l.alia.in §.eleganter.ff.ſol.mat. Poteſt tamen de iure,facta excusſione uſque ad peram & baculum, ita quòd cedens,obolum non retineat.l fi. ff.quæ in frau.cre.l.pe.ff.de ceſ.o.bo.& ſi beneficium hoc flebile ſit,ac miſerabile,ceſsicq; ipſa acerba,iniurioſa,& terribilis.l.pe.& fi.C.qui bo.ced.po.refert Fed. ſen.in conſil.cxciij.incip.in queſtione in i. & ij.col. & eſt caſus etiam,ut non admittatur, ubi quis præciſe tenetur,ſecundum Bar.in l.is qui.in §.i.ff.de col. bo. & Bal.in l.i.in ij.col.C.qui bo.ced.po. & ut infra.& ad propoſitum,eo modo,quo ad præſens intelligimus, ſciendum eſt,quòd cedere idem importat,quod donare,ſi tamen uoluntaria ſit,& in exemplo, de quo per Ro.in cõſil.ccclxxxvi.incip.in conſultatione.Qui dicit etiam in conſil.ccclxxxii.incip.quo ad primum.in prin.q, cedens non poteſt teſtificari in cauſa actionis ceſſæ,quam mouet ceſſionarius; licet ſpecu.tenuerit contrarium , & malè,in loco de quo per eum,in conſil. præallega. Et alibi in conſil.ccccl xxxiij.incip.hoc qđ uicinus.in prin. & per totum, quòd ius congrui,cedi non poteſt. Et alibi,in conſil.Dix.incip.circa.in pe.col. quòd ceſsio in incorporalibus,idem operatur,quod traditio in corporalibus;imò quòd habetur loco traditionis, ut in not.q. tamen diſputat Bal.in l.per diuerſas.in.v.col.C. mãda. Dicens etiam in iiij.ibidem, quòd ceſsionarius ſuccedit in ius cedentis creditoris,& eſt utilitas,ſi ſtatutum diceret,debitorem capi debere ad inſtantiam creditoris. & firmat quoque in l.ab Anaſtaſio.in ij.col.C.eo. Et

ad materiam alibi, quòd ceſsiones extenduntur ad ſuas conſequentias, nec ſunt ſtricti iuris, in l. ſi in ſolutum. C. de ac. & ob. Et *alibi in l. ij. in ij. col. C. ne. li. po. quòd ceſſio, ratione præſumptæ ſimulationis, impugnatur, quodq; ſimulatio ex tribus præſumitur, quòd actio ſit pro parte uendita, pro parte donata, uenditaq; minimo præcio; & ſi titulus ceſsionis haud cõtineatur in inſtrumẽto. Sed quid differt renunciatio ſiue reſignatio, a ceſsione? Sol. reſignatio eſt, quando fit de eo, quod posſidetur; ceſſio autem, iuris quod in eodem habemus, ut declarat glo. in regu. cance. xliii. de benefi. reſigna. incip.* Item *uoluit, & ordinauit. in ii. col.* Et *quod de actione perſonali dictum eſt, quòd quæratur ceſsione, arguit hoc idẽ nouisſimè annotatione dignum eſſe, ex quo regulatiter alteri per alterum non quæritur, ſecundum eundẽ* Bal. *in l. i. in §. exigere. ff. de magiſtra. con. dicentem, nullam legem inueniri, quæ iſtud dicat. & paulo infra ibidem, quòd tamen conſuetudo ſeruat, ex contractu tabellionis, utilem quæri, ſine aliqua ceſsione, ita ut nec momẽto penes eum reſideat.* Et *alibi, quòd prælatus non poteſt acquirere ius contra eccleſiam per uiam ceſsionis, in l. nõ fit. per illum tex. ff. de reb. eo.* Et *alibi, quòd ſi facta ſit contra debitorem, non propterea ius ceſſum intelligitur contra fideiuſſorem; ex quo neceſſarium eſt, ut fiat contra utrunque, in l. poſt dotalem. per illum tex. in prin. ff. ſol. mat.* Et *alibi, quòd licet alias in ceſsione titulus requiratur, ne præſumatur ſimulata utſupra; attamen ſufficit, ſi dicatur, cedo tibi actionẽ pro tanto precio, quia*

includit emptionem in titulum, in l. cum hi. in §. ſi cui. in fi. ff. de tranſac. Et alibi in l. ſi res obligata. in ij. col. ff. de leg. i. quòd poßeſſor conuentus hypothecaria offeren do debitum, poteſt petere ſibi cedi iura, ſi tamen luen= di onus incumbat debitori. Solet etiam dubitari, an ce= dens poßit eſſe teſtis in cauſa ceſsionarij, quando ipſe non habet niſi unum; & eſt diſputabile. tenerem ego ta men, quòd non, uidendusq; eſt Bal. in l. ſi tibi. in. ij. lectu. in fi. & in l. & hæredi. in §. i. in ij. col. & ſeq. ff. de pac. Referendus rurſum in d. l. ſi res obligata. in prææallega. ij. col. ff. de lega. i. dum dicit, beneficium ceſsionis poſſe implorari tribus temporibus, ante ſententiam; poſt ſen= tentiam; ante ſolutionem, & poſt. Et quòd etiam implo ratur quandoque per modum excipiendi; nonnunquam uero officio iudicis principaliter. Sed an utilis actio, quæ ex ceſsione competit, ut ſupra & quia directæ nun quam ſeparãtur ab oſsibus cedẽtium, ſit datiua, uel acti ua. Bar. in l. i. in iii. col. C. de actio. & ob. ponit not. di= ſtinctionem. Verum etiam dicerem ego, pro nunc, dati= uam eße, quia præexiſtentem materiam non habet, un= de oriatur. Item an actio utilis penes cedentem poſ= ſit effici utilis penes ceßionarium. Reſponde quòd ſic, l. finali. C. de iur. do. & not. in l. Modeſti= nus. ff. de ſol. & in l. Papinianus. ff. manda. Item, & ul= timò, quid conſequatur quis ex beneficio ceſsionis. Sol. plana eſt, conſequi ius agendi; excipiendi uero, ex benefi cio diuiſionis. l. i. & ibi Alex. in ij. col. C. de tranſac. Et quia dixi ſupra quòd quæ tranſmisſibilia ſunt, utique

etiam ſunt ceßibilia. Et nouisſimè tradit Bar. in l. ſi mulier. in §. ex aſſe. ff. de iu. do. & è contra, non eſſe ceßibile quod non eſt tranſmisſibile. l. ſi ex pluribus. ff. de admi. Aduertendum eſt, quia imò ceſſio difficilius fit, quã tranſmisſio. patet, quia directa tranſmittitur, & tamen cedi non poteſt. l. i. C. ſi cer. pet. l. quis ergo caſus. ff. de pecu. l. cogi. §. idem metianus. ff. ad Treb. tamen facilis eſt reſponſio, ut per nouisſimos repe. in l. non ſolum. in §. morte. in ii. col. ff. de no. op. nun. & plus dici poteſt, q. imò facilius fiat, ceßio, ex quo actio iniuriarum, non eſt tranſmißibilis, & nihilominus cedi poteſt. l. iniuriarum. ff de iniur. Sol. id intelligitur ſimpliciter, non aliter et ſecundum quid, ex quo fit tranſmißibilis per conteſtationem, ut idem Bar. declarat in loco præallega. & non habet dubitationem. Ceſſionarius etiam, Dominus dicitur, ſecundum Bal. adhuc, in l. cos. in §. fi. in i. col. C. de ap. æquiparaturq́; ipſe & cedens duobus reis credendi eodem teſte, in l. i. in vi. C. quando prouo. non eſt. ne. Et ad ſupradicta de ceſſione bonorum, aliqua addi etiam poſſunt, quòd tollit obligationẽ ciuilem, ideſt eius exercitium, prout eſt agere. quodq́; non admittitur, niſi cedens debitum confiteatur; declarando tribus modis hoc ipſum contingere, quia quandoque negat, quandoq́; confitetur, quandoque nec confitetur, nec negat; adeo ut ſecundo caſu, ſolum beneficium (ut diximus) conſequatur. & declarat idem Bal. in l. i. in i. col. C. qui bo. ce. po. Dicens plus ibidem, quòd ceſſio debet fieri ante condemnationem, quodq́; cedens tenetur bona indicare, & quòd

ſubtrahens alias,neganti eſt ſimilis, & quòd denique ceßio fieri non poteſt ab eo, qui inuentarium omiſit. nec ab eo,in ſeq.col.qui dilapidauit bona ſtudioſe, in fraudem creditorum. & amplius quòd ſi facta fuiſſet, non debet tanquam ſuperuacua à iudice approbari. nec à principio admitti alias niſi cauſa cognita. Item quod *mihi uiſum eſt dictu mirabile, etiam fiſci debitorem liberari,cedendo bonis;cum declaratione tamen, ſi paupertas excuſet, & quòd beneficium iſtud impartitur lex mulieribus quoque, & longe quidem magis,ne incarcerentur. Sed nunquid cedens bonis, poßit ſibi retinere res teſtatoris,alienari prohibitas? Inquit adhuc* Bal. *in d.loco,quòd ſic,non tamen earum commoditates, & bene rationabileq́; uidetur.* Intelligendo *ſemper fieri debere,ſecundum locorum conſuetudines. Ceßio etiam per nuncium,uel epiſtolam,extra iudicium fieri poteſt, ut ibidem.* Non *ualet tamen renunciatio, facta à creditoribus,iuris carcerandi.* Nec *renunciatio facta à debitoribus,beneficio ipſius ceßionis,ut ibidem.* Et *ſi minor uellet cedere,(de pupillo enim indubitatum eſt)non admitteretur,etiam cum iuramento,ut idem in eadem.l.i. in ulti.col.tenet.* Et *in l.propter honorem.cod. titulo,ꝙ neque admitteretur quis cedendo,ne muneribus fungatur publicis; aut à collectis excuſetur. & in l.pe.C.eo. quòd effectus ipſius extenditur ad futura,ut non teneatur cedens,niſi in quantum facere poteſt. & in l.fi. eod. titulo,habetur,quòd quum eſt diſſenſio inter creditores, cæteris paribus,humanior ſententia præualet.* Et *ibidẽ*

Bal. in ii. col. quòd cedens bonis ſolemniter, & iudice, ac partibus approbantibus, non poteſt amplius uariare, ipſumq́; pœnitere. Tradendo rurſum, & inde declarationem ad ſupradicta, dum dicebam, nec obolum quidem ſibi ſeruare poſſe. ut uerum ſit, niſi creditoris miſeratione, hoc ſibi concedatur. Multa alia addi potuiſſent; quæ tamen ratione promiſſæ breuitatis, ſcribere noluimus, & ut aliis aliqua etiam relinqueremus his, non inutiliter, addenda, ſi uidebitur.

OBSERVATIO XCIX.

De cancellationibus.

In cancellationibus, hoc præcipuum eſſe uidetur, & memoriæ firmiter retinendum; quòd ſemper cauſa, ex qua cancellatio fit, inſpicienda eſt, quoniam aut arguit iniquitatem rei iudicatæ, & tunc reſtitutioni æquiparatur; aut ipſam confirmat, & tunc non poteſt dici reſtitutio. Ita Bal. in l. generalis. in fi. C. de ſen. pa. & in l. quid ergo. in §. pœna grauior. in repe. in ix. col. ff. de his qui not. infa. & in l. noſtram. in i. et iii. C. de teſta. & idem Nel. in tracta. ban. in iii. par. ij. tempo. in lxxv. q. incip. quæritur. & probatur in l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſta. del. Qui Bal. dicit etiam ad materiam, in l. Imperator. in i. col. in fi. ff. de ſtat. hom. q. formis habet uim ſuæ formæ, informis uero, uim pacti. Et alibi, in l. ſi teſtamentum. ff. de teſta. ſi reperitur bannum

num alicuius cancellatum, & poſtea in fine ſcripturæ, uerba hæc, Cãcellatum per errorem. quòd ſtabitur potius uerbis iſtis, q̃ cancellationi, per tex. in l. i. in prin. & in d. l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſta. del. latè in d. l. noſtram. in ij. col. Et alibi in l. Labeo. in §. i. in ij. col. ff. de pac. ꝙ cancellatio requirit factum; ita ut bannitus poſſit impune offendi, ſi non fuerit cancellatus de libris bannitorum. & idẽ eſt cãcellare, quod delere, tollere, & liturare, Vnde ẽt Papa ſolus, cancellarius Chriſti dictus eſt à cancello cancellas, ideſt tollo tollis, quod iniuſtè petitur tamen, non bona eccleſiæ, ut declarat glo. in proœ. regu. cancel. in vij. col. Inquit etiam idem Bal. ꝙ ſi inualide facta fuerit per magiſtratus, uel tabelliones, non derogabit ſcriptura; quodq; actus ipſe inualidus cancellari debebit, in l. ſi præſes. in fi. C. quomodo & quando Iud. & paulò poſt ibidem, ꝙ actorum cancellatio habet uim ſententiæ, quando Iudex tamen cauſam cãcellationis expreſſit; uel quando ita ſe haberet conſuetudo, alias ſecus. l. acta. l. actorum. ff. de re iud. et alibi Nel. in tract. ban. in iij. par. ij. tempo. q. lxxiiij. incip. in ciuitate. ꝙ aliud eſt, quem haberi pro cancellato, & quem eſſe cancellatum, cum declaratione tamen, ut uerum ſit in his, quæ ſunt facti, non iuris, quoniam uerba iſta ueritatem important. l. mercis. ff. de uerbo. ſi. l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. & ibi Bar. ff. ad leg. Iul. de adul. Et ſciendũ eſt, ꝙ inducere, & circunducere, idem in effectu eſſe uidẽtur quod cancellare, quamuis in mõ differant, ut ꝑ Bar. in l. ſi quis libertatem. in ij. col. ff. de pet. hæ.

OBSERVATIO C.

De Cardinali.

Cardinalis dignitas, quanta ſit, neminem latet, dixiq́; ſatis in libello ædito alias, de concilio; non tamen ut prætermittere nunc alia etiam uelimus, huic generi maximè conducentia, & præſertim, ꝙ ipſi ſunt ſenatores ſacroſanctæ Ro. eccle. & pars corporis ſanctiſſ. D. noſtri Papæ. c. Conſtantinus. xcvi. diſt. c. fœlicis. de pœn. in vi. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. ma. aliquid Bar. in l. infamem. in fi. ff. de pub. Iud. & Ro. in conſil. ccccxcviii. incip. in caſu. in ii. & iii. col. ubi etiam ꝙ collegium Cardinalium appellatur eccleſiæ gremium. Et poſt alios diximus rurſum nos, in l. i. in prin. de perſonis ſuperilluſtribus loquentes. ff. de offi. eius. Item Sacerdotes leuitici generis, præſumptionem habentes, ut non aliter iudicent, q̃ Papa, & tanta, taliq́; authoritate, ut ſint tanquã ipſe, & iure merito quidem, honorandi. A cardine dicti amplius, quia ut cardine ſuſtinetur oſtium, ita regitur ab eis uniuerſalis eccleſia, locum Apoſtolorum tenẽtes, Et ultra ſupra dicta, eiusdem eccleſiæ antes, ac columnæ immobiles; patritii Summi, & Chriſti Ieſu Nazareni, pro nobis crucifixi, denique imitatores; & ut latius Specu. dicit, in titu. de lega. in §. ſequitur. per totum. Et Bellen. in trac. de cha. ſub. in lxv. q. incip. ſtante. in iiii. col. Latiſſimè Ro. in conſil. Dxxiiii. incip. Vos eſtis lux mundi. per totum. Quibus adde ẽt, ꝙ nec comprehendũ=

tur in generali impoſitione ſubſidii, nec in diſpoſitione c.ſi.de conce.præben.in vi. nec in cenſuris in conſtitutione appoſitis, ſi non ſit in illis dictum expreſſe. c. quia periculoſum. & ibi Io. And. de ſen. exco. in vi. & in loco præallega. Bellen. *in vii. col. et per totum.* Inquit ēt Bal. *alibi, in c. bonæ. in ii. de poſtu. præla. q̃ reſidentes in curia, ſunt ſimiles ſtellis fixis, quæ non mouentur, niſi orbis motu.* Et q̃ *legati æquiparantur planetis, quæ motu proprio mouentur, nutu* Dei. Et *alibi, in l. cum multa. in ii. col.* C. *de bonisq; lib. q̃ faciunt capitulum uniuerſale. & non immerito eis creditur, ēt ſine literis* Papæ, *ut docet* Bar. *in l. i.* C. *de ſuperindic. lib. x. ſecundum canoniſtas tamen. c. nobiliſſimus. xcvii. diſt.* De *conſuetudine curiæ, ut prouincia. teſtatur, fo. xxxi. poſſunt committere eorum auditoribus obſeruationes terminorum, abſque ſpeciali* Pontificis *mandato.* Et *ſi delinquens eidem obuiauerit, dummodo non ſit pro falſi crimine condemnatus, ad ſupplicium ſubeundum ductus liberabitur ſi uelit, per impoſitionem pylei, ſecundum* Bal. & Salice. *in l. aditos. in fi.* C. *de ap.* Et *ad ſaturitatē multa cōgeſſi ultimo loco, non minus pulchra, q̃ utilia, in l. præſenti. in collecta.* C. *de his q̃ ad ec. confu.* Adloq; *nouiſſime, olim apud* Chartaginenſes, *ſimilem tutum fuiſſe, ſi in prægnātis mulieris domum, aut gremium fugiſſet.* Et *ad propoſitum redeuntes, adeo uera ſupra dicta ſunt, ut appellatione* Cardinalium, *ueniat* Papa. *c. ſacroſancta. & ibi* Archi. *xii. diſt. refert & ſequitur glo. in regu. cancel. xxx. incip.* Item *uoluit. in ii. col.* Nec *unum ignorandum eſt,*

V ii

ꝙ ipſis tamē, commiſſio cauſarum beneficialium, non ſit, ultra ſummam floren.lx.de camera. & hæc conſtitutio omni anno.i.die Octobris, publicatur; dixiq́; ad aliud ēt ſupra de beneficio, hoc eo. lib. Alias Vicarii Papæ eſſe poſſunt, *ut probat* Fran. *Paul.in trac.de offi. cap.ſede uacan.in ii.par.in x.q.in pe.col.& ibidem, ꝙ cardinalatus, officium eſt, & dignitas q̃ maxima.* Et alibi Bal. *in c.cum iure peritus.in i.col.de offi.del. ꝙ propter excellentiam dignitatis, eſt quodāmodo uiua uox eccleſiæ, et eſt argu.in l.nam & ipſum.ff.de iuſti. & iu.* Et alibi Abb. *in c.non ſatis.in fi.de ſymo.ꝙ ſi penſiones aliquando apponantur pro uita religioſorum ſuſtentanda, multò magis apponētur pro ſuſtentatione Cardinalium, quorum conſilio, totus regitur orbis.* Et alibi Ancha. *in conſil.cclxxxi.incip.auxilium.in i.col. quòd nulli ſubiecti ſunt, niſi Papæ. Imò quòd Hoſtienſis ſedet immediate poſt eum, quem etiam coronat, &* Imperatorē ungit *ex priuilegio.* Ita idem Abb. *in c.antiqua.in ii.de priuil.* Et Ro. *in conſil.* Dxxiiii. *citato etiam ſupra, & incip.uos eſtis lux mundi.in iiii. & v.quòd utuntur ueſte cādida, ut ſint mundi, & parati pyleis rubeis, uitam exponere pro Chriſtiani ſanguinis defenſione.* Et idem Abb. *in c. per uenerabilem.in iiii.col.qui fil.ſint legi.quòd Cardinalatus eſt de iure diuino, ordinis leuitarum ut ſupra; quodq́; Papa, ſine eorum conſilio, ardua explicare non poteſt.hoc idemq́; latius in c.i.ubi & nos multa, de conſti. & quòd denique collegium Cardinalium eſt in iſta quaſi poſſeſſione ex conſuetudine.* Et Bal. *in l.ubi abſum.*

in prin.ff.de tu.& cu.dat.ab his.quòd mortuo Papa,habent iuriſdictionem Papalem. Si ipſe etiam committat cauſam Cardinali,appellatione remota, nullo modo appellatur, propter ſummam eius dignitatem, ut ſupra; & per Bal.in l.i.in §.i.ff.de offi. præfec. præto.Qui ſubiicit ibidem adhuc,q, pro ipſo præſumitur,q, eſt Illuſtris, & quòd quando creatur, deſideratur in eo induſtria ſingularis; fides explorata; morum grauitas; & ſapientia;ſicuti in Petro Bembo,& Chriſtophoro Madructio,Epiſcopo Tridentino,Illuſtriſsimis,mihiq; Dominis & patronis ſemper obſeruandiſsimis,tẽpore creationis ſuæ,inuenta hæc omnia fuerunt;& nõ ab re,quoniam ſi inimicus hominis eſt inſipientia eius,erit et multo quidem magis in homine tali.Et ſi quæratur, quando Cardinales inſtituti fuerint;Dic,non tempore Conſtantini, quando eccleſiæ donationem fecit, ſed quum primum Syluester Pontifex, generalem congregauit ſynodum, ut in c. præſul.ij.q.iiij.tradit Archi. in c.ubi periculum.de elec.in vi.& Old.in conſil.lxiij.incip.quo tempore.Et dictu adhuc mirabile uidetur,quòd ſolus Papa eos creet,et tamen non ſolus deponat,ut per Io.And.in c.ſanè.de conuer.coniu.& Barba.in tracta. de præſtan.car.in viij.q.prin.quodq; gaudeant etiam priuilegio militari,ut poſsint, & poſt aditam quidem hæreditatem,maiori ſubſtituere, eritq; extenſio ad l. centurio,cum not.ibidem.ff.de mil.teſt.Tamen dubium facit,quia non eſt in Cardinalibus ſimplicitas,quæ fit cauſa alias huiuſcæ conceſsionis in milite,ſecundum Iaſ.

& bene, in rub. de uulga. & pup. ſub. in ulti. col. Et ex his cum tractatui, tum huic primo Tomo, librorum decem, finem facio; polliceorq́; tibi lector alios poſt hac, ſi tamen iſtum in præſentiarum tibi rurſum non ingratum fuiſſe cognouero. Die xij. Auguſti. M D X L V. Patauij:

MANTVA.

Venetiis Ioan. Gryphius excudebat.
M D X L V.

De Mantua Iuriſcon.

Mantua crede mihi, ſurrexit Mantua talis,
Amplius ut nolit iam tuus eſſe Maro.
Vt tibi nam Maro uita fuit, ſic tempore in omni,
Mantua diuini, uita Maronis, erit.

Richardus Por=
tunerius.

Fo.4.a. tabula materiarum, pro materierum.
Ibidem.linea 4.de accuſatore,pro de accuſatione.
9. a.li.1. quoòd, pro quòd.
14.a.li.26. ediſlio, pro edicto.
15. a. li.4. explicari, pro expiſcari.
24. a. li.24. in l.in deliſtis, pro l.in delictis.
27. b.li.ult. in Ange. pro Ange.
28. a. li.1. l.ſtichum, pro in l.ſtichum.
Eodem fo.b.l.5.deducentõ,pro deducentem.
Ibidem,li.17.adhu,pro adhuc.
30.a.li.13.Salluſtium, pro Saluſtium.
Eo.fo.b.li.11.legge, pro lege.
32.b.li.18. quan tud.pro quan.iud.
43.a.li.2. Neſennio, pro Neſennius.
46.a.li.12. enthymeſemate,pro enthymemate.
Ibidem,li.ult.monumentum, pro momentum.
47.b.li.21.increto, pro incerto.
49.a.li.14. deprcatio, pro deprecatio.
Ibidem,li.23. ne, pro nec.
Eo.fo.b.li.ult.frit, pro fuerit.
50.a.li.19.recederemur,pro recederemus.
Eo.fo.b.li. 19.cau.ad, pro cau.adiec.
53.b.li.14.moltò, pro multò.
55.a.li.1.tutures, pro tutores.
Ibidem,li.13,taſta. tu.pro teſta.tu.
65.b.li.9.Dici, pro Dicit.
Ibidem,li.24.Romanæ, pro Romæ.
66.a.li.16.inglo. pro glo.
70.a.li.5.tempore, deficit concurrere.
Ibidem,li.pe.diſtinguendo,deficit in l.ſtipulationum.
Eo.fo.b.li.5.eliu. pro & iu.
71.b.li.20.no aliter, pro non aliter.
72.a.li.10.ubſib.pro uſib.

73.a.li.19.mittentanda,pro mittenda.
74.a.li.11.requirerent r.pro requireretur.
Ibidem.li.21.pe,pro de.
75.b.li.1.non deberet poſſe uocari,pro nõ debet poſſe reuocari
76.a.li.21.eatiam, pro etiam.
Ibidem.b.li.4.uel alias,pro uel ali.
Ibidem,li.21.ſimulatus, pro ſimulate.
80.a.li.18.huic,pro hinc.
Eo.fo.b.li.4.d.l.ueluti.pro d.l.ut uim.
81.a.li.15.declarat,pro declarant.
84.a.li.23.nunquam,pro unquam.
85.b.li.14.propoſitem, pro propoſitum.
88.a.li.16.incurrit,pro incurritur.
93.b.li.24.naturalis,ut ſupra ciuilis,pro naturalis ut ſupra,ciuilis adoptione conſyderata.
94.a.li.16.mlier,pro mulier.
105.b.li.4.decioſionem celm.pro deciſionem clem.
110.a.li.11.per ſe,pro Perſæ.
111.a.li.18.ſeges,pro ſegnes.
112.b.li.26.debent,pro debet.
114.a.li.pe.tamã,pro tamen.
115.a.li.5.notiorè,pro notoriè.
116.a.li.9.peremptorius,pro peremptorias.
121.b.li.2.legun,pro legunt.
125.a.li.9.que.pro conue.
Eo.fo.b.li.16.pluribus,pro plura.
126.li.2.rex,pro res.
127.a.li.6.Sumphoro,pro Sumphorus.
130.a.li.9.de offi.pro de offi.præſi.
133.a.li.6.tu.pro ut.
134.b.li.7.in ciuitatem,pro in ciuitate.
135.a.li.10.hæred.pro hæreti.
143.b.li.pe.hi,pro his.
144.b.li.12.§.de int.pro ff.de int.
Ibidem,li.17.Idem adijciens aliud,pro Idem,adijciens aliud.

Ibidem li.22.uox, pro uas.
Ibidem li.23.ſatisfactioue, pro ſatisfactione.
Ibidem li.24.cionſe.pro conſe.
Ibidem li.25.commun,pro communi.
147.a.li.19.carra.pro cana.
148.a.li.ult.in l.cum ita, pro l.cum ita.
151.b.li.3.admi.pro admi.tu.
152.b.li.11.firmiter, pro firmiter.